



Copiese la portada

M. S. 4.º perg.º con 202 hojas foliadas y una mas de portada, bien tratado, completo.

R. Medina de Productnatione.

Est. 2. de Ms.

Tab. C.



+

R. A. P.

Barnabæ de Medina.

Hispalensis.

E Societate Jesu Theologi,

Secundariique Theologiæ professoris.

In Hispalensi collegio.

Commentarii

Ad quæstionem 23 primæ partis

Sancti Thomæ.

De Divina prædestinatione,

et Reprobatione.

Anno Domini 1658.



+

Prologuium.

Divinae praedestinationis, et reprobationis arcanum reserare conamur, auditores, cuius altitudo, ineffabilitas, atque profunditas non obscure indicatur a Paulo Romanorum undecimo ubi postquam de electione gentium, et obcaecationem Iudeorum egit, ita exclamat. O altitudo divitiarum, sapientiae, et scientiae Dei: quam incomprehensibilia sunt iudicia eius, et investigabiles viae eius. Quis enim cognovit sensum Domini, aut quis consiliarius eius fuit? Atque haec altitudo divitiarum, sapientiae, et scientiae Dei, atque haec iudicia investigabilesque, et incomprehensibiles eius viae potissimum in hoc divinae praedestinationis, ac reprobationis sacramento splendet.

Quae cum ita sint non propriis viribus freti, sed prius nostrae fidei praemuniti, Divinaque gratia comite, et duce, secretiores huius mysterii sinus, arcanaque rimari paramus. Eam Divi Pauli sententiam prae oculis habentes in hoc maxime praedestinationis arcano: non plus sapere, quam oportet sapere, sed sapere ad sobrietatem. Totam ergo doctrinam de praedestinatione, ac reprobatione, quam unica quaestione 23 primae partis in articulos divisa Divus Thomas absolvit, nos 4 tractatibus complectemur. Primus erit de praedestinatione secundum se. Secundus de causis divinae praedestinationis, Tertius de illius effectibus. 4us denique de divina reprobatione.

De Divina Praedestinatione Secundum se.

Tractatus Primus.

Quid significet nomen Praedestinatio. Quaestio 1a

Detegitur eius significatio. Cap. 1

Hoc nomen Praedestinatio deducitur ex verbo praedestino, quod componitur ex particula prae, et verbo destino. Ly prae denotat aliquam prioritatem sive causalitatem. Verbum autem destino plures habet significationes. 1a idem est destinare, ac mittere. 2o idem ac statuere sive decernere. 3o idem ac designare. Mitto significationes alias, quae non ita conducunt ad praesens institutum, et videri possunt apud P. Suarez 1a parte lib. 1o de praedestinatione

1A

cap. 1. Igr̃ p̃destinare nihil aliud erit quam destinare ad aliquid p̃ro ent. vel causatt.
Prædestinatio autẽ erit ipsamet actio, vel ratio formalis prædestinandi, sive destinandi cum prioritate

In his et alijs grammaticalibg significationibg fundamentis habet usurpatio theologica, qua nomen p̃destinatio sumitur à PP. et DD. pro actu Divino sive actionis, quibus Deus antecedenter ordinat vel transmittit sub iectum. ad aliquem finem, aut quasi finem.

Est autem adhuc duplex hæc theologi ca usurpatio. 1.ª generalior, pro qualibet præordinatione Divina. Sub qua significatione reprobus plerumq́ dicitur prædestinatus ad pœnam, quia medijs actionibus Divinis est antecedenter ordinatus, et destinatus ad pœnam ex suppositione culpæ. Quo loquendi modo non semel utuntur DD. et Concilia sacra.

Secunda usurpatio est magis stricta, pro actu, vel actibus Divinis, quibus rationalis creatura præordinatur, et transmittitur ad æternam beatitudinem. Hæc acceptio communior est et vulgatissima est. Imo quando solitarie profertur nomen prædestinatio nihil aliud reg intellectui commovit, nisi prædicta destinatio ad æternam beatitudinem re ipsa consequendam. In hac g.º significatione sumitur in præsenti nomen prædestinatio

Ubi notandum est prædestinationem semper esse in ordine ad id quod Deus fieri vult. Unde nequit affirmari cum veritate. Deum prædestinare homines vel Angelos ad peccatum, quia Deus non vult fieri peccatum. Imo cum peccatum prohibeat et puniat evidens est, ut potius velit positive, ne fiat. Ideo modus iste loquendi, videlicet Deum prædestinare homines ad culpã damnatur ut hæresis a Concilijs maxime Tridentino ses.e 6. canone 16. Cum quo tamen stat, ut congrue possit affirmari Deum prædestinare homines ad pœnam, ut supra diximus. Ratio facti est quia potest Deus velle pœnam infligere, si detur culpa, quamvis non velit ut detur culpa.

Notandum præterea sæpissime dici rationalem creaturam prædestinari ad quodlibet opus honestum, et in hac acceptione reprobus etiam dicitur prædestinatus

ad actus charitatis et cuiusvis alterius virtutis pro eo tempore, quo similes actus habuerit. Videantur haec omnia late probata, et innumeris authoritatibus comprobata apud P. Montoia tomo de praedestinatione disp. 1

Quid significet particula prae Cap. 2

Ex cap. praecedenti constat praedestinationem a destinatione distingui, quia praedestinatio superaddit aliquam antecessionem, quam denotat particula prae, quia tamen haec antecessio potest esse multiplex; ideo rogari solet, quaenam denotetur ab ea particula prae? Igitur antecessio potest esse triplex durationis, causalitatis, et dignitatis. Imprimis certum in primis est particulam prae denotare antecessionem temporis, et durationis, ut ex latinis authoribus, et communi usu eius particulae constat, et in hoc sensu accipitur a Theologis, qui frequenter dicunt praedestinationem significare divinos actus ut tempore antecedentes ad subiectum, quod praedestinatur, et ad gloriam cui destinatur. Id quod satis innuitur in Sacra Scriptura ad Romanos 8, quos praescivit, et praedestinavit, nam sicut particula prae denotat in illo verbo praescivit antecessionem durationis scientiae ad obiectum scitum, ita in illo praedestinavit, eandem antecessionem significabit, Et in hoc sensu non diceretur Deus Angelum praedestinare, si gloriam illi ab aeterno daret, ut ex se patet.

Deinde mihi certum est particulam prae non semel indicare antecessionem naturae, vel causalitatis. In quo sensu frequenter dicimus debere praeexistere causam, ut effectum producat, ubi non intendimus, quod in tempore debeat praeexistere, quia hoc evidenter est falsum, sed quod prius natura vel causalitate existat. Hinc praedestinatio idem erit quod destinatio natura vel causalitate praecedens ad gratiam, aut gloriam, cui subiectum destinatur, et cum actus illi, quibus rationalis creatura transmittitur et destinatur a Deo ad gratiam et gloriam habeant re ipsa praecedentiam causalitatis, et naturae prioritatis, eo quod in suo genere causent illos effectus, ut infra dicemus poterit haec prioritas congrue significari per dictionem prae inclusam in voce praedestinatio. Et in hoc sensu diceretur Deus Angelum praedestinare, quamvis ab aeterno conferret illi gloriam. Sicut causa diceretur ad effectum

praeexistere, licet ab aeterno causaret illum.

Maior difficultas est an particula prae denotet aliquando antecessum dignitatis et excellentiae? in qua difficultate de voce respondendum affirmative censeo, tum quia sic usurpatur ab aliquibus ea dictio, tum etiam quia non illi videtur incongrua talis significatio. Unde iuxta hanc acceptionem, qui consequitur gloriam, praedestinatus dicetur respectu non praedestinati, quatenus ille prae altero destinatus est ad gloriam. Item in hoc sensu non omnes qui gloriam cum effectu consequuntur dicuntur praedestinati, sed ij qui singulariter, et eximie consequuntur illam, nam de istis verum est quod prae aliis destinentur ad gloriam, quatenus uberioribus auxiliis praeveniuntur. Imo inter ipsos etiam eximie consequentes gloriam potest ob eandem rationem unus dici praedestinatus, et non alter.

Neque propterea admitto, quod aliquis revera consequatur gloriam et nulla ratione possit vocari praedestinatus, ut perperam dixit Catharinus in cap. 8 Epistolae ad Romanos et in opusculo de praedestinatione cap. 1. quia cum praedestinatio sit in particula prae indifferens ad plura significanda, quamvis ut denotat antecessum dignitatis, et excellentiae inter ipsos qui consequuntur gloriam, non possit convenire nisi ijs qui eximie salvabuntur; attamen ut significat antecessum temporis, causalitatis, et dignitatis etiam, inter salvandum et non salvandum, convenit omnibus, qui consequuntur salutem. Erravit profecto Catharinus in eo, quod putaverit solam antecessum dignitatis inter ipsos salvandos exprimi per praedestinationem.

Q. 2. An praedestinatio sit ad gratiam, vel ad gloriam?

Certum est homines de facto non aliter consequi gloriam nisi per merita ex gratia et a libero decernente, iam ergo quaeritur an praedestinatio referatur ad solam gloriam, an ad solam gratiam, et opera supernaturalia, quibus acquiritur, an ad utrumque. Quaestio sane dubium, quia nihil rei continet, sed pure vocale est, in eo tamen prolixe detinentur Authores ac in plures dicendi modos dividuntur. Aliqui dicunt praedestinationem esse ad solam gloriam, alii ad sola merita gratiae, alii ad utrumque, alii denique

ad gloriam magis principaliter, quam ad gratiam.

Poteramus hic loquendi modus mihi magis arridet, quia frequentior est inter NN. PP. et DD., quos videre poteris, si placet, apud P. Montoya disp. 4 de praedestinatione. Quapropter dicendum est, [illegible] vocem praedestinatio de facto usurpari pro destinatione ad gloriam obtinendam per merita gratiae, consequenter ad utrumque referri, magis tamen principaliter ad gloriam, quam ad gratiam.

Probatur, quia cum res praeordinatur ad aliquem finem obtinendum per haec media, congrue dicitur eam ad utrumque praedestinari, scilicet ad ultimum finem, et ea media. Sed cum rationalis creatura de facto praeparetur a Deo in gloriam per merita gratiae, congrue dicimus ad utrumque praedestinari; diversimode tamen, quia finis principalius intenditur, media vero consequenter, et minus principaliter.

Ad solum advertendum 3°: si Deus decerneret homini conferre gloriam sine meritis, ut facit pueris, tamen dicitur praedestinatus, quia nullus potest recipere gloriam, nisi a Deo praedestinatus. Ut est concors omnium theologorum [illegible] sententia. Nomen vero praedestinatio, iam usurpari pro antecedenti destinatione ad vitam aeternam per merita, iam pro destinatione ad vitam praecindendo a meritis et mediis; quia tamen de facto non obtinetur gloria, nisi per merita, fit ut [illegible] frequenter usurpetur praedestinatio pro destinatione ad gloriam per merita, sed magis principaliter in ordine ad gloriam, quam ad merita.

An de facto existat in Deo praedestinatio. Quaestio 2.

Certa est pars affirmativa.

[illegible] conclusio de facto existit in Deo praedestinatio est certa secundum fidem, [illegible] expresse [illegible] Ad Romanos 8: Quos praedestinavit, hos et vocavit [illegible] Ad Ephesios 1°: qui praedestinavit nos in [illegible]. Probatur etiam haec veritas in [illegible] Conciliis praesertim Milevitano et Arausicano 2, Tridentino sess. 6 cap. 12 et canone

1. et 16. Probatur ratione, quia de facto plures consequuntur vitam aeternam ex divina virtute illorum iuvante mediis auxiliis divinae gratiae; ergo necesse est, ut de facto detur in Deo voluntas conferendi vitam aeternam, et auxilia supernaturalia, quae obtineatur; aut impetrandi, si forte requiruntur, ut in tempore Deus conferat visiones vel auxilia; item oportet, ut Deus habeat scientiam de bonis operibus eliciendis ex divina gratia; sed praedestinatio consistit in aliquo ex his actibus, vel in aliquibus, aut omnibus, ut infra constabit, et nullus dubitat; existit ergo de facto praedestinatio.

Sed advertendum, quod licet certo constet existere praedestinationem, et quod variis ostendi modis ea sita sit in efficaci voluntate gloriam conferendi, quae sive sequatur, vel antecedat absolutam praevisionem meritorum, aut in quodam imperio, quod monasticum appellari solet, adhuc non est certum eos actus in Deo reperiri de facto, quia certum non est, sed magis dubium, et controversum, quod in eis consistat praedestinatio. Contingeret aliter, si certo, vel evidenter constaret praedestinationem in eis actibus consistere, quia tunc esset necessarium illos admittere de facto semel admissa praedestinatione.

Praeterea notandum quod licet praedestinationis nomen in Sacra Scriptura non ita frequenter inveniatur, rem tamen ipsam plurimis locis continet: dicuntur enim saepe nomina quorundam esse scripta in caelis, aut in libro vitae: quosdam electos esse a Deo, pluribus dari regnum praeparatum a constitutione mundi etc. Unde Prosper sic ait: praedestinationis autem fidem, multa sanctorum authoritate Scriptura communita est.

Simile quid contingit in ipsis praedestinatis, nam diversis nominibus explicantur in Sacra Scriptura: dicuntur enim electi, probati, benedicti, sancti, oves, vasa honoris, et misericordiae, praeordinati ad vitam aeternam, et vocati secundum propositum. Unde ipsa praedestinatio vocari solet electio, propositum, misericordia, praeparatio, et praeordinatio.

Primum notabile. Cap. Ium

Deinde notandum evidenti ratione de facto nobis non constare praedestinationi

existentia, et 2.ª P. Suarez, qui docere videt: supposita nostra fidei dogmatibus circa iustificationem et glorificationem sanctorum evidenter iam nobis constare de praedestinationis existentia. Sed probatur, nam existentia praedestinationis constat ex revelatione, quae continetur in S. Scriptura; sed revelatio non constat evidenter, ergo neque praedestinatio. Probatur consequentia. Nam quando non constat evidenter de praemissis, nequit evidenter constare de conclusione, sed ad summum de illatione.

Deinde iustificatio et glorificatio sanctorum non constat nobis evidenter, sed obscure per revelationem; ergo licet inde colligatur evidenter praedestinatio, quod admitto, necnon ad summum evidenter nobis constare praedestinationis existentiam. Patet, nam consequens, ut dixi, nequit esse nobis evidens, quando principium, unde colligitur, est obscurum.

Ita fateor evidentem esse illationem ex iustificatione et glorificatione ad praedestinationem, quia nequit in tempore conferri gloria per merita gratiae, quin ab aeterno Deus habuerit eos actus, qui requiruntur, ut gloriam et merita conferat; sed evidens est in his actibus, aut in aliquo ex illis consistit evidenter praedestinatio, ergo etc. Cum hoc tamen stat, ut sicut ipsa iustificatio et glorificatio nobis est obscura, sit etiam obscura praedestinatio, quandoquidem solum deducitur ex iustificatione et glorificatione.

Haec diximus de praedestinatione in communi, quia si sermo sit de praedestinatione huius vel alterius specialis creaturae certius adhuc est, eius evidentiam nobis non constare. Ratio est, quia plus requirit, ut evidenter constet praedestinatio huius hominis in particulari, quam praedestinatio hominis in communi. Quare licet evidens esset Deum praedestinare de facto, non adhuc esset evidens praedestinare determinate Petrum potius, quam Paulum etc.

Cum proxime vero dictis stat, quod nactus homo possit cognitionem probabilem de existentia praedestinationis in communi. Ratio est, quia probabile est Deum teneri ad optimum et illud exequi re ipsa; sed probabile etiam est praedestinationem, ut sic esse optimum; ergo probabile est Deum teneri ad praedestinationem et re ipsa praedestinare. Absolute discurrunt patet. Maior

tamen loquor de praedestinatione ut sic, non tamen de praedestinatione huius hominis in particulari, nam circa eius existentiam haberi non potest realiter cognitio probabilis, cum probabile non sit praedestinationem, et glorificationem huius hominis, potius quam alterius, esse optimum, ad quod Deus teneatur. Neque item omnium hominum praedestinatio dicet probabiliter optimum. Quod ex hoc capite nequit haberi cognitio probabilis, de praedestinatione huius in particulari; sed aliunde nullum datur fundamentum. Quod erat probandum.

Argumenta quae fieri possunt contra praedestinationis existentiam innumera sunt et ex diversis capitibus deducta, singula tamen in propriis huius materiae locis proponemus solvenda.

An praedestinatio sit libera Deo. Quaestio 4.

Respondetur affirmative. Cap. 1.

Certum est praedestinationem fuisse dignam et summe convenientem Deo. Probatur, quia cum Deus sit summum et perfectissimum bonum, eius naturae valde consonum fuit se communicare creaturis intentionaliter per unionem, sicut realiter, et physice per hypostaticam unionem iuxta illud Dionisii, bonum est diffusivum sui: sed haec communicatio fit media praedestinatione. Quod Deo conveniens fuit praedestinatio. Probatur quia per divinam praedestinationem manifestantur misericordia, liberalitas, bonitas, providentia, potentia, et aliae perfectiones in Deo repertae.

Hoc tamen intelligo de praedestinatione ut sic, non vero de praedestinatione huius hominis potius quam alterius, quia nullam specialem Deo convenientiam agnosco, in eo quod potius Petrum, quam Paulum praedestinet. Cum aeque Deus possit se communicare, ceterasque perfectiones ostentare praedestinando Paulum, et non Petrum.

Deinde certum est praedestinationem esse liberam Deo tam physice, quam methaphysice. Probatur, nam utroque genere libertatis quibus liberum

Deo creare vel non creare homines, aut Angelos: At eo ipso quod non crearet, non praedestinaret illos, ergo etc. Item ad ambitum Hominum et Angelorum creatione pertinet Deus, absolute et simpliciter eo in interna altem finem non ordinaret, sed eo ipso nullum praedestinaret, ergo etc. Neque solum quis liberat Deo specialis hominis creaturae praedestinatio, sed praedestinatio in communi. Quod omnibus Catholicis, me iudice, negari potest.

Tantum ergo superest difficultas circa moralem necessitatem, an scilicet ea ut teneatur Deus ad praedestinandum. Affirmant aliqui recentiores, eo quod videlicet Deum morali necessitate ad optimum teneri, sed praedestinatio est optimum, ergo morali necessitate Deus ad praedestinandum tenetur. Utrum tamen Deus deficiat, ad quam de voluntate pertinet ubi late discussum an Deus teneatur ad optimum, et qua ratione sit explicandum illud optimum, ad quod Deus tenetur, ratio est eam omittimus. Ego quidem sentio Deum ad optimum non teneri, consequenterque neque ad praedestinandum, quamvis praedestinatio dicatur optimum.

Praedestinationis numero certa

Prima assertio. Dico certissimum Deum morali necessitate ad praedestinationem in se tenere teneri, nihilominus moraliter fuisse liberum in solis hominibus, vel solis Angelis praedestinandis. Item in numero hominum vel Angelorum, qui praedestinandi essent. Ac denique in eo quod vel homines, vel Angeli potius quam alii eligerentur, nam adhuc omnia morali necessitate, qua teneretur Deus ad praedestinandum, exerceret novam libertatem etiam moralem in assignandis speciebus, individuis, et numero praedestinatorum, ut breviter ostendo.

Nam nemini repugnat, quem necessitari non solum moraliter, sed etiam physice ad actum in se, manus moraliter et physice maneat liberum actum illum circa hoc aut illud obiectum exerceat. Ut si Deus habeat intentionem efficacem praedestinandi, quin ad aliud intendat, teneretur eo decreto ad actum praedestinationis in specie

non solum morali, sed etiam methaphisica necessitate; neque tamen ex ista ne-
cessitate est iam moraliter ad Angelum potius, quam hominem praedestinan-
dum, neque magis ad hunc hominem, quam illum.

Praeterea. Licet Deus fue-
rit moraliter necessitatus ad Incarnandum, ut plures edocent, adhuc liber mora-
liter fuit in eligenda natura humana, vel angelica, vel saltem in eligenda potius
hac numerica humanitate, quam illa. a Ex morali necessitate ad praedestinan-
dum non infertur moralis necessitas unius potius praedestinationis, quam alte-
rius. Aliunde nullum est fundamentum ut dicatur obligari moraliter Deus ad
aliquam praedestinationem in particulari, quia nullam specialem rationem con-
gruitatis invenio, quod praedestinetur Petrus, potius quam Paulus, aut quod ali-
quantus homines in isto determinato numero, quin unus aliquis detra-
hatur vel augeatur, quod etc.

Hinc infero Deum neque moraliter fuisse necessita-
tum ad praedestinandum et salvandum eos, qui de facto vitam aeternam
consequuntur etc. demus fuisse necessitatum ad praedestinandum, et salvan-
dum, ut sic, eo quod praedestinare, et salvare sit optimum. Imo neque necessita-
tus fuit simpliciter ad praedestinandam, et salvandam eius humanitatem,
aut Sanctissimam eius matrem, quia licet Deus teneretur ad Incarnandum, et
nascendum ex muliere, quod omitto, non fuit necessitatus ad Incarnan-
dum in hac numerica humanitate, neque ut nasceretur ex hac numerica femi-
na.

Rogabis. An in Deo praedestinante reperiatur libertas ex conceptu prae-
destinationis, vel ex perfectione Dei. Respondetur ex perfectione Dei reperi-
ri, non ex praedestinationis conceptu, qui praescindit a necessitate vel liber-
tate: dum enim dicitur directio creaturae rationalis ad gloriam, datur sua prae-
destinatio: sed haec directio abstrahit ex se a necessitate vel liber-
tate, etc. Sicut amor omnium creaturarum existentium est liber in Deo, non
quia talis amor ex se petat esse liber, et repugnet esse necessarius, sed
quia libertas, et dominium quod a creaturis est perfectio, quae necessario de-

tes inveniri Deo. Quia, ut melius exhiberet praedestinatio, sicut est necessaria quandoquidem non posset non existere.

Qua ratione se habeat praedestinatio cum providentia §. 5.

Ut hoc dubium plene decideretur, opus erat promptam et certam habere notitiam providentiae et praedestinationis, quia definiri nequit qua ratione se habeat unum extremum cum altero, si non bene cognoscatur utrumque. Hinc ortum habet opinionum varietas et dissensio, quae circa hanc difficultatem ex se tenemus inter AA. invenitur; nam quisque a propriam sententiam quam circa providentiam et praedestinationem tuetur, tem in praesenti definit. Nos igitur, ut propriam mentem aperiamus, advertimus providentiam divinam in eo consistere, quod Deus creaturas dirigat in suos fines per media convenientia. Ita communiter Theologi. Unde providentia claudit actum divinae voluntatis dantem media creaturis, et insuper scientiam simplicis intelligentiae, qua Deus eorum mediorum congruitatem et proportionem cum fine cognoscit. Secundo non requiritur ad providentiam in omnibus requirit ut media hoc ordine destinata efficiant, imo neque conditionata finis intentio, nam in praeparatione provisione mediorum convenientium stat integra et adaequatus providentiae conceptus. Item advertendum est posse nos loqui de praedestinatione in communi, vel de praedestinatione quae de facto datur.

Sit prima conclusio. Neque providentia includit praedestinationem in communi, neque praedestinatio providentiam. Quoad partem ostenditur, quia praedestinatio in communi respicit adeptionem: potest autem providentia sine ullo respectu adeptionem; ergo potest dari providentia sine praedestinatione in communi; consequenter quod praedestinatio in communi non includitur in providentia. Consequentia patet. Maior est certa. Minor probatur nam circa gloriam habet

Deus providentiæ sine ullo respectu ad gloriam.

Item ostenditur 2.a pars, quia dari potest prædestinatio sine providentia, ut patet casu, quo Deus decerneret conferre gloriam independenter a meritis, tunc enim voluntas dandi gloriam esset prædestinatio, nequitamen esset providentia, quæ illam afferret, quia nihil de mediis curaret. Ergo prædestinatio secundum se non includit providentiam.

Ad 2.m conclusio

Neque providentia includit hanc prædestinationem existentem de facto, neque talis prædestinatio providentiam includit. Prima pars constat, quia dari potest providentia, sine ullo respectu ad gloriam: hæc prædestinatio, quæ de facto datur, habet respectum ad gloriam, ergo dari potest providentia sine hac speciali prædestinatione, consequenter qui non illam includit.

Probatur deinde 2.a pars. Ubi non datur præparatio mediorum, non datur providentia: sed in prædestinatione de facto existente non datur præparatio mediorum, ergo non datur providentia, consequenter quod providentia non includitur essentialiter in nostra prædestinatione. Maior et ergo patent. Minor ex dicendis constabit, nam videbimus prædestinationem de facto constitui per voluntatem conditionatam dandi gloriam et per scientiam absolutam meritorum, et decessus in gratia, quin aliud intersit. Ubi certe nihil formaliter et essentialiter affertur circa media sed de illa in gratia.

Dices. Prædestinatio, quæ de facto datur, ordinem dicit ad gloriam, ut obtinendam per merita gratia, sicut nos ipsi supra docuimus q. 2.æ; ergo includit ordinem ad merita tanquam media, quibus obtinenda est gloria. Ergo providentiam includit. Patet hæc ultima consequentia, quia respectus ad media proportionata cum fine proprius est providentiæ.

Respondetur ordinem, quem includit prædestinatio de facto existens ad media, non esse proprium providentiæ, quia non est voluntas conferendi media, neque scientia simplicis intelligentiæ, proponens eorum utilitatem ad finem

sed scientia visionis, qua cognoscitur eorum actualis existentia. Quae sane scientia non constituit, sed supponit providentiam.

Personae deinde praedestinationem, ut ibidem diximus, principalius ad finem quam ad media refertur. Hoc autem consistit in eo quod formaliter, et expresse fertur ad gloriam, quia voluntas est vitam conferendi, sicut dens merita: virtualiter autem fertur ad merita quatenus determinat ad volitionem dandi auxilia, quibus merita conciliantur. Unde non includit, sed in suo genere causat et ingerit providentiam.

An praedestinatio sit actus immanens ab aeterno?

Quaestio 6.

Statuo 1.° praedestinatio est actus immanens in Deo. Probatur, quia praedestinatio vel est actus intellectus, vel actus voluntatis, vel utriusque simul; ergo est actus immanens in Deo, consequentia patet, nam omnis actus intellectus, et voluntatis est immanens respectu illius subiecti, quod per illum intelligit, amat, et vivit. Antecedens vero probatur, quia licet inter DD. dissensio sit, an praedestinatio consistat in hoc actu, vel in illo, tamen apud omnes est certum eam consistere, vel in solo actu intellectus, vel in solo actu voluntatis, vel in utroque simul.

Statuo 2.° Praedestinatio existit ab aeterno. Colligitur ex 2.ª conclusione ex prima. Nam omnis actus intellectus, et voluntatis quae de facto reperitur in Deo fuit ab aeterno: praedestinatio consistit in actu intellectus, vel voluntatis. Ergo praedestinatio, quam de facto Deus habet, fuit ab aeterno. Idque probari solet in ordine ad voluntatem, quia si Deus in tempore inciperet actum voluntatis, vel omnino mutaretur quoad intrinseca praedicata, vel saltem imperfecta esset eius voluntas, cum inciperet amare, quod ab aeterno non amavit. In intellectu res clarior est, nam si Deus in tempore cognosceret, quod ab aeterno ignorabat. Fides vero Deum operari ab aeterno, ex ipsis terminis reperitur.

Utraque modo notanda. 1.º Has duas DD. magno authoritatis pondere a nostris authoribus refelli. Sed inter omnes adeatur P. Montoia de praedestinatione disp. 2. qui rem eruditissime versat. Neque enim in re adeo clara immorandum est.

2.º noto. Si qua difficultas est in eo, quod praedestinatio sit immanens, et ab aeterno, totam oriri ex constitutione actus liberi Divini; quia cum praedestinatio libera Deo sit, et ab aeterno nihil liberum, et contingens detur sed solus Deus, qui summe necessarius est, fit, quod ab aeterno non detur praedestinatio. Quia tamen haec difficultas est communis cum de actu libero Divino pertinetque ad materiam de Voluntate, nihil circa illam in praesenti dicendum est. Id solum adverto, DD. constituentes essentialiter actum liberum Divinum in ratione talis per obiectum creatum, ut consequenter tenentur ad affirmandum praedestinationem adaequate acceptam non esse Deo immanentem, neque ab aeterno, cum obiectum creatum sit in tempore extra Deum.

Denique noto, hanc aeternitatem, quae reperitur in Divina praedestinatione, quamvis exigatur ex perfectione Dei, tamen non exigitur ex effectibus externis, quos causat praedestinatio. Non enim effectus tantum exigit causam existentem, pro illo instanti, quo datur. Quod ad effectum per accidens est, quod eius causa prius tempore extiterit, et multo magis, quod praecesserit per totam aeternitatem a parte ante, licet et quod existens sit per totam aeternitatem a parte post. Unde licet collatio gloriae sit effectus praedestinationis, ut communiter dici solet, ad eam collationem per accidens est quod ab aeterno Deus habuerit praedestinationem.

Qua ratione definienda sit praedestinatio. § 3.

Proponuntur aliquae definitiones. Cap. 1.

Nihil dicere non possumus, nec ad notitiores alias et celebriores pugnae difficultates venire, nisi prius statuamus, qua ratione definiri de-

beat praedestinatio. Res quidem satis ardua, et circa quam Vobis sentire sive quot capita. Mea est autem in hac difficultas, quod inter auctores non certo constet, quid intelligatur nomine praedestinationis. Unde unusquisque liberè et propriam concinnat definitionem. Ideo quando controvertitur circa definitionem rei, fere semper est difficultas de voce. Cuius ergo quasi propriam definitionem in subsequenti cap. statuam, alienas et celebriores in praesenti referam.

S. Augustinus lib. de dono perseverantiae cap. 14 sic ait: Praedestinatio est praescientia et praeparatio beneficiorum Dei, quibus certissimè liberantur, quicumque liberantur. Praeter hanc definitio excogitata duntaxat pro hominum praedestinatione; quia solum homines liberantur et non Angeli. Videtur etiam hanc definitio elaboratam potius pro praedestinatione ad gratiam, quam ad gloriam: nam beneficia, quibus certissime liberantur, qui liberantur, sunt auxilia gratiae, non coronatio gloriae.

S. Thomas hic q. 23 artic. 1. sic definit praedestinationem: est ratio transmissionis creaturae rationalis in vitam aeternam: id est, est ea forma, qua Deus rationalem creaturam mittit, ac dirigit in finem supernaturalem aeternae beatitudinis. Quia vero S. Thomas apposuit eam vocem ratio, colligunt Thomistae praedestinationem ex mente S. Doctoris consistere in solo intellectus actu. Sed quam inefficax sit haec illatio postea constabit.

Modo vero non omittam hanc definitionem dari posse quin detur praedestinatio. Tum quia respectu reprobi Deus habet formam, qua transmittit illum in aeternam vitam, cum habeat voluntatem conditionatam, quod salvus fiat, et absolutam voluntatem ei conferendi auxilia gratiae, quibus aeternam vitam consequatur, et tamen respectu reprobi non est in Deo praedestinatio; aliquid ergo superaddendum est in definitione.

Scotus in 1. distinctione 40. q. 1. sic ait: Praedestinatio est electio creaturae intellectualis ad gratiam, et gloriam, cum autem electio sit actus voluntatis, videtur quod praedestinatio [illegible] hanc definitionem com-

bilnenda sit in actu voluntatis praecise, quicquid sit an comitanter, vel praesuppositive debeat afferre actum intellectus, quia sine illo non ocurrit actus voluntatis etc.

Deinde deficit haec definitione sufficienter, et adaequate non explicari praedestinationem, quia reprobum Deus etiam eligit, ad gratiam, et gloriam, quamvis gloriam reipsa non obtineat. Addendum igitur esset, quod praedestinatio sit electio ad gloriam reipsa obtinendam, vel ad gratiam infallibiliter connexam cum gloria.

Legitima praedestinationis definitio. Cap. 2.

Omissis his, et aliis definitionibus, quae late proponuntur a DD. sic ego propriam definitionem statuo. Praedestinatio est quid se tenens ex parte Dei, quod infallibiliter infert a priori, et immediate colationem gloriae. Prima pars est satis perspicua. Nam praedestinatio se tenet ex parte Dei, ut supra diximus; item debet infallibiliter inferre collationem gloriae, nam apud omnes constat esse legitimam hanc consequentiam. Petrus est praedestinatus, ergo consequenter gloriam infert, quod praedestinatio gloriae. Deinde dicitur hanc illationem debere esse a priori, et immediate. A priori quidem, quia non sufficit illatio a posteriori, ut ex communi sensu DD. probatur, nam ex scientia visionis de collatione gloriae infertur infallibiliter collatio gloriae, neque tamen scientia visionis est praedestinatio, non alia sane de causa, nisi quia supponit collationem gloriae, quam intuetur, et consequenter supponit praedestinationem. Rursus cum praedestinatio sit causa collationis gloriae, debet illam antecedere, neque potest subsequi.

Denique praedestinatio debet esse immediata, quatenus inter praedestinationem, et gloriam, nihil mediet, ex quo gloria causetur, et quod inferatur. Sed quod ebig est fundamentum omnium DD. cui standum est, quantum licet, inde

finitionibus comprehendis. Et propter hanc rationem. si Deus haberet efficax decretum praedestinandi, hoc esset illud praedestinatio, quia mediate voli inferret gloriam.

Ex praedicta definitione colligitur praedestinationem formaliter et essentialiter constitui per voluntatem conditionatam, qua Deus vult conferre gloriam cuique decedenti in gratia, et per scientiam visionis, qua videt hominem decessurum in gratia, nam hoc complexum est aliquid se tenens ex parte Dei, quod infallibiliter infert a priori, et immediate collationem gloriae. Neque aliquid est intra Deum, cui similis illatio conveniat, ut ex dicendis in tota hac materia clarius constabit, et breviter nunc ostendo.

Nam in primis de facto nullum efficax decretum admitto circa gloriam, sive antecedat, sive subsequatur praevisionem meritorum, ergo nullum decretum circa gloriam potest esse adaequata praedestinatio. Patet, quamvis sit efficax decretum non inferret gloriam. Deinde, quamvis decreta circa auxilia sint efficacia respectu auxiliorum, inefficacia tamen sunt respectu gloriae, consequenter que nullum ex illis, aut omnium collectio potest esse praedestinatio, quando quidem hoc ex omnium mente debet infallibiliter connecti cum gloria.

Praeterea, licet concretum resultans ex scientia conditionata, qua Deus videt quod si poneretur homo sub his circumstantiis in gratia decederet, et consequeretur gloriam, et insuper ex voluntate constituendi illum sub talibus circumstantiis infallibiliter connectat cum consecutione gloriae, tamen illud conjunctum adhuc non est praedestinatio, quia non infert immediate gloriam, cum scientia visionis ordine causalitatis mediare debeat inter complexum illud, et collationem gloriae, ut postea ostendam. Denique monasticum imperium non admitto, nihil aliud restat in quo possit consistere praedestinatio, nisi concretum, ex scientia visionis, et ex generali voluntate conferendi gloriam.

An praedestinatio dicat essentialiter scientiam

Simplicis intelligentiae. Q° 8ª

Respondetur affirmative. Cap. 1.

Cum in omnium sententia praedestinatio consistat in actu intellectus, vel in actu voluntatis, vel in utroque simul, tam ex parte intellectus, quam ex parte voluntatis reperiantur in Deo praedestinante plures actus inter se valde diversi, merito rogabitur a Theologis, quinam ex praedictis actibus praedestinationem constituat. In primis agam de actibus pertinentibus ad intellectum, qui praecedere solent ad voluntatem. Inter actus vero intellectus primo loco ponitur scientia simplicis intelligentiae, qua Deus cognoscit rerum possibilitatem, seu non repugnantiam intrinsecam. De hac cognitione quaeritur an requiratur essentialiter ad praedestinationem.

Dico an requiratur essentialiter? Quia dupliciter potest una res ad aliam requiri. Primo tanquam conditio, sine qua non existet alia, quamvis non sit de constitutione illius. Secundo tanquam essentialiter praedicatum. Primo modo requiritur cognitio ad actum voluntatis, applicatio, ad combustionem, causa ad effectum, Deus ad creaturas etc. Secundo modo requiritur animal ad hominem, forma substantialis ad compositum etc.

Itaque certum est scientiam simplicis intelligentiae requiri ad praedestinationem. Ratio est, quia praedestinatio, ad nostram sententiam includit eam voluntatem seriam conferendi gloriam, si homo decedat in gratia: sed ad talem voluntatem est necessaria cognitio simplicis intelligentiae, qua cognoscatur possibilitas gloriae; ergo ad praedestinationem est necessaria cognitio simplicis intelligentiae. Minor patet, quia nisi praecedat cognitio proponens rei possibilitatem nequit Deus illam intendere serio. Quod si voluntas dandi gloriam esset efficax, ut plures opinantur, a fortiori vim haberet praedicta ratio. Illam nequit Deus efficaciter intendere, nisi quod videt esse possibile. Ac denique in omnium sententia stat

haec veritas, ut facile quisque ex sua principia demonstrare poterit.

Unde q. solum controversia reducitur. An haec scientia requiratur ad praedestinationem ut extrinseca conditio, vel ut essentiale praedicatum saltem partiale. Dico saltem partiale, quia certissimum est, quod praedestinatio non consistit in scientia simplicis intelligentiae, tum quia praedestinatio est contingens et libera Deo, scientia vero simplicis intelligentiae necessaria; tum etiam quia praedestinatio non est communis reprobo et praedestinato; scientia vero simplicis intelligentiae communis est; quia de reprobo cognoscit etiam Deus, quod per auxilia gratiae potest salvari. Tum denique quia collatio gloriae deducitur infallibiliter ex praedestinatione, et non deducitur ex cognitione simplicis intelligentiae. Ergo saltem conditio non est partiale praedestinationis. Probo minorem, quia contingens nequit ex necessario deduci, collatio gloriae contingens est, ergo deduci nequit ex illa scientia, quae sine dubio est necessaria. Itaque totus est controversia an cognitio simplicis intelligentiae partialiter constituat praedestinationem.

In hac difficultate duplex reperitur sententia. Prima affirmativa, quam tuetur P. Suarez tomo 1° in 1a partem disp. 33 s. 2 num. 9. et alii Recentiores cum Durando, Albertino, Ricardo et P. Molina 1a p. q. 23. artic. 4. Secunda sententia negativa est. Ita P. Arriaga tomo de Providentia disp. 3 s. 2. cum aliis, quos ibi refert. Ubi noto, quod omnes rationes, quibus utitur isti, ad summum probant non consistere praedestinationem adaequate in sola scientia simplicis intelligentiae, quod verissimum est, et extra omne dubium: at non probant, quod saltem partialiter in illa non consistat, quod est praesentis controversiae difficultas.

Cum 2a sententia videtur dicendum praedestinationem neque partialiter constitui per scientiam simplicis intelligentiae. Ratio ex nostris principiis facilis est, nam praedestinatio tota consistit in eo complexo, quod resultat ex scientia visionis, qua Deus cognoscit hominem in gratia decessurum, et ex illa voluntate generali, qua decrevit conferre gloriam cuique decedenti in gratia; sed tale complexum neque partialiter constituitur scientia simplicis intelligentiae, ergo praedestinatio neque partialiter constituitur.

Scientia simplicis intelligentiae. Conseq.a patet ex se. Maior ex dictis in ante cedenti q.e Minor est evidens, quia licet scientia simplicis intelligentiae sup ponenda sit ad illud coniunctum, ratione voluntatis, quam includit, eo quod Deus nequeat intendere gloriam, nisi praecognoscat eius possibilitatem, adhuc ea scientia neque partialiter constituit illud coniunctum.

Argumentis fit satis. Cap. 2.

Sed opponi. 1.o Non potest dari praedefinitio sine cognitione simplicis intelligentiae ergo constituitur per illam. Patet: quia res constituitur per id, sine quo dari nequit. Resp. concesso antecedenti negando cons.am, et probationem, quia bene stat rem non constitui, sine quo dari nequit. Sic sine Deo dari nequit creatura, et tamen non constituitur per Deum; praedestinatio etiam nequit dari sine subiecto praedestinato, nec sine gloria, cui praedestinatur, neque tamen praedestinatio constituitur in ratione talis per subiectum praedestinationis, aut per gloriam, cui praedestinatur subiectum.

Sincies 2.o Prae destinatio reddit Deum certum de consecutione gloriae; sed nequit reddere certum de consecutione gloriae, quin certum reddat de possibilitate gloriae, quia possibilitas est fundamentum existentiae. Ergo praedestinatio formaliter includit cognitionem simplicis intelligentiae, qua cognoscat possibilitatem gloriae. Respondetur utramque praemissam esse falsam, 1.a quia Deus non redditur certus de consecutione gloriae, nisi per scientiam visionis, qua formaliter cognoscit, quod homo praedestinatus reipsa consequitur gloriam: at hanc scientiam non constituit formaliter et essentialiter praedestinationem, ut apud omnes patet. Ergo praedestinatio non reddit Deum certum de consecutione gloriae.

2.o Vero nonnulli RR. dicunt scilicet praedestinationem constitui per Dei scientiam conditionatam, qua Deus redditur certus de eventu gloriae; si homo constitueretur in his circumstantiis decederet in gratia, et consequeretur gloriam. Non placet 1.o, quia mox ostendam praedestinationem non includere scientiam conditionatam. 2.o, quia per illum actum non redditur Deus certus de

euentu, quem reipsa habet gloria, sed de euentu, quem haberet, si poneret illa conditio; neque ad istum euentum, vel statum requiritur pro fundamento possibilitas, et consequenter non est necessaria cognitio simplicis intelligentiae, ut talis euentus cognoscatur. Ratio est, quia bene stat Deum esse conditionate futurum et adhuc simpliciter non esse possibile, neque ut tale cognosci. Quod habes in hoc actu. Si Chymera esset homo risibilis esset.

Minor etiam praemissa praecedentis argumenti falsa est; quia licet praedestinatio redderet Deum certum de consecutione gloriae per actum scientiae conditionatae, quam includeret, non ideo redderet certum de possibilitate gloriae, proindeque non ideo constituere deberet cognitionem simplicis intelligentiae. Ratio est, quia licet possibilitas esset fundamentum existentiae obiectum absolute, quatenus possibilitas necessario praesupponitur ad existentiam, et cognitio possibilitatis, ad cognitionem existentiae, tamen possibilitas, et existentia sunt obiecta diuersa, terminantque diuersas cognitiones, quin possibilitatis cognitio dicat essentialiter cognitionem existentiae, vel e contra; quandoquidem scientia visionis, et simplicis intelligentiae sunt in Deo formalitates adaequate distinctae; sicut ergo scientia visionis reddit Deum certum de existentia, non vero de possibilitate rei: sic praedestinatio licet Deum redderet certum de existentia gloriae, non ideo redderet de possibilitate

Oppones 3°. Praedestinatio debet esse talis ut inferat possibilitatem decedendi in gratia, et consequendi gloriam, sed non claudat scientiam simplicis intelligentiae, non inferret, ergo etc. Nego minorem. quia coniunctum illud de quo loquor, in quo praedestinationem statuo non includit essentialiter scientiam simplicis intelligentiae, sed solam scientiam visionis, et adhuc ex illa inferat possibilitatem decessus in gratia ad gloriam etc. Probatur minor; quia coniunctum [illegible] inferat actualem decessum in gratia, et sequentem gloriam vel saltem [illegible] infert possibilitatem decedendi in gratia, et consequendi gloriam patet: quia bene valet res existit, ergo possibilis est; ergo [illegible] existit inferet, saltem rationale infert possibilitatem

An scientia conditionata requiratur ad praedestina-

tionem. Quaestio 9.

Difficultas proponitur, et declaratur casus.

Loquimur de Scientia conditionata, quae media vocari solet, qua Deus cognoscit, quid eveniret casu, quo daretur haec, aut illa conditio, quae connexionem non habet cum obiecto enunciato, de qua scientia plura dedi in materia de scientia. Supponit autem praesens difficultas hanc scientiam in Deo reperiri. Quo supposito rogat, an requiratur ad praedestinationem, ubi iam constat hanc difficultatem non habere locum apud eos, qui denegant praedictam scientiam.

Sed notandum est 1.° quaestionem procedere de scientia conditionata, qua Deus cognoscit, quid facere[t] voluntas creata, si constitueretur in his circumstantiis, ubi de facto constituta est; nam alia scientia, qua cognoscit, quid praestaret, si constitueretur in alia rerum serie, per accidens omnino est ad praedestinationem illam, qua de facto Deus hominem ad gloriam perducit, per haec determinata media ordinata.

Neque dubitari potest, quin Deus habeat scientiam mediam, qua cognoscat, quid praestaret humana voluntas sub his circumstantiis, quae revera dantur; nam si de facto dantur illae circumstantiae, et simul cum iis concurrunt absoluta futuritio effectus, colligitur aperte, quod conditionate daretur effectus, si darentur illae circumstantiae. Nam ex absoluta futuritione sub circumstantiis actualiter existentibus infertur metaphysica necessitate conditionata futuritio, sub eisdem circumstantiis, si darentur.

Hinc in materia de scientia docui optimam et evidentem esse hanc argumentationem: Petrus actualiter operatur sub tali auxilio actu existente; ergo Petrus operaretur, si daretur hoc auxilium. Quia neque de potentia absoluta stare potest veritas prioris propositionis cum falsitate posterioris. Iam ergo Deus scientia media cognoscit, quod si Petrus collocaretur in his circumstantiis, ubi de facto constitutus est, recte operaretur

[illegible]

in gratia, et gloriam consequeretur. De hac scientia quaeritur an sit necessaria ad praedestinationem.

Notandum 2° Quod licet potissime quaestio procedat circa praedestinationem adultorum, ea tamen potest institui circa praedestinationem infantium, et perpetuo amentium. Ratio est, quia licet de infantibus, et perpetuo amentibus non habeat Deus scientiam conditionatam qua cognoscat, quod si ponerentur in illis circumstantijs, ubi de facto constituuntur, haberent merita, cognoscit tamen, quod ponerentur in illis circumstantijs decederent in gratia, et consequerentur gloriam. Et haec cognitio est scientia media, quandoquidem circumstantiae non inferunt decessum in gratia, neque consecutionem gloriae. De hac cognitione rogari potest an requiratur ad praedestinationem infantium, vel perpetuo amentium.

Notandum 3° praedestinationem, quoad praesens attinet, sumi posse active, vel passive; active sumitur, quando consideratur formaliter, ut est in Deo, quae acceptatio propriissima est, nam ut constat ex supradictis praedestinatio est intra Deum, quoniam est actus intellectus, aut voluntatis, vel utriusque simul facultatis Divinae. Sumitur passive, pro effectu praedestinationis, qualis est meritoria operatio, vel glorificatio, et haec acceptio nimis laxa est. Quid quid tamen de his sit illud in praesenti rogamus, an ut Deus praedestinet homines ad gloriam ex meritis gratiae, requiratur scientia media, ubi tria possumus in examen vocare. Primum, an scientia media requiratur ad merita gratiae, quibus obtinenda est gloria. 2°, an ad exequutionem ipsius gloriae consequendae ex meritis gratiae? 3°, an saltem ad praedestinationem ipsam, qua conferenda est gloria ex meritis gratiae? De quibus seorsim agam.

Scientia conditionata non requiritur ad merita gratiae. Cap. 2

In meritis gratiae possumus duo considerare, scilicet operum substantiam, et

modum libertati, nam ultimum conuincit ad quodcumque gratiae meritum postulandum, cum quolibet ex his deficiente non adsit; neque intelligatur meritum gratiae. tamen mihi certum est ad merita gratiae secundum substantiam non requiri scientiam mediam, vel conditionatam, quae pro eodem in praesenti reputatur. Hac est quia si per impossibile Deus careret omni scientia conditionata, posset adhuc immittere praemotionem ad actum supernaturalem, et sic fieret ex vi praemotionis eadem omnino ratione ac si Deus haberet eiusmodi scientiam, ergo ad opera supernaturalia secundum se non requiritur scientia conditionata.

Praeterea possibile est actus supernaturalis, circa quem Deus nullam habeat scientiam conditionatam, eo quod sub nullo indifferenti medio videat illum exhibitum, sed potius videat non exhibitum, quia voluntas creata pro sua libertate sub nullo se determinabit ad illum producendum, et adhuc potest eiusmodi actus facillime fieri, si Deus ad illum praemotionem immittat: ergo ad efficienda opera supernaturalia, secundum se non requiritur scientia media.

Vltimo autem dubitari potest an eiusmodi opera fiant cum libertate, sit necessaria scientia media? Cui difficultati cum nonnullis oppositum sentientes respondemus negatiue, probatur: nam ut opus fiat cum libertate satis est, quod voluntati Deus immittat auxilium indifferens et connexum cum aliqua determinata contradictionis parte: sed ex vi scientiae simplicis intelligentiae potest eiusmodi auxilium Deus immittere. ergo ut opus fiat cum libertate non requiritur scientia media, sed sufficit simplex intelligentia. Maior, et consequentia patent. Minor probatur. Nam quod auxilium sit indifferens, et non connexum est veritas necessaria quae proinde non cognoscitur scientia media, sed per scientiam simplicis intelligentiae.

da per impossibile Deum carere omni scientia conditionata, et voluntati communicare ea principia, quae per scientiam simplicis intelligentiae cognoscit ex natura sua non connecti, sed potius habere indifferentiam ad actum eiusque negationem, certe voluntas ipso eo principio potest operari. ergo si operetur necessarium erit, ut operetur libere; potest etiam non operari. ergo si non operetur ea negatio operationis libera necessario erit.

quia sicut omnibus iis compositis, tenetur operari, vel non operari licet bene liberis donare, cum ex adverso, quod ex sua libertate eligat, neque in ea libertate donandi liberi seperit. ergo ut operatio libera sit non requiritur scientia conditionata

Ulterius eadem sententia confirmatur. Cap. 3um

Probatur 2º idem intentum. Si conditionata scientia de operatione libere ponenda sub hoc medio requireretur ad operandum cum libertate, in homine illo nunquam dari posset, quod homo non operaretur, et quod haberet omnia, quae requiruntur ad operandum, et consequenter negatio operationis non esset in se immediate libera; quod utrumque patet esse falsum ex ipsis terminis, et annullo dicendum. Probatur sequella. Nam eo ipso, quod voluntas non operetur sub hoc medio, non habet Deus scientiam conditionatam de illius operatione sub tali medio; quin potius habet oppositam scientiam, ergo eo ipso caret voluntas aliquo requisito ad operandum. Patet consequentia: quia caret conditionata scientia; sed ea dicitur esse requisita, ergo caret aliquo requisito ut operetur.

Dices in eo casu voluntatem non operari libere sub tali medio, etenim Deus habere scientiam conditionatam, qua cognoscit illam ex sua libertate non operaturam, si detur tale medium. Et cum operatio tunc non detur, omnino non est, quod detur scientia conditionata de tali operatione sub tali medio; sed adsit conditionata scientia de non operatione.

Sed hoc facile refellitur, quia licet sub eo medio non debeat operatio, sed operationis negatio tamen ea negatio est immediate, formaliter libera, et in se libera; ergo tunc adesse debent omnia, quae requiruntur ad operationem; sed cum non adsit conditionata scientia de operatione sub illo medio, quae sane dicitur ab oppositis defensoribus esse necessaria ad operandum, sic habetur, quod existente negatione operationis non dentur omnia quae requiruntur ad operandum, et consequenter, quod operationis negatio formalis et in se libera sit.

Probo 3º, quia si ad operationem libere ponendam esset necessaria

scientia media, deberet afferri ex parte conditionis, quando per scientiam mediam cognoscitur operatio, ut conditionate futura; sed hoc est falsum; ergo. Maior est certa. Nam ex parte conditionis afferri debent omnia, quae requiruntur; v.g. si Petrus existeret, et vocaretur ad actum charitatis, Deus qui haberet paratum concursum, eliceret Petrus actum charitatis. Minor autem probatur.

Primo, quia iam scientia media se haberet ex parte obiecti, siquidem hoc modo afferretur ex parte conditionis: si Deus auxilium Petro daret et scientiam mediam haberet de illius operatione, Petrus operaretur. Secundo, quia ex parte conditionis afferatur scientia media, conditio sibi infallibilem connexionem cum operatione; siquidem auxilium positum sub scientia media de operatione, coniungi nequit cum negatione operationis; ergo quando cognoscitur operatio, ut conditionate futura sub auxilio, et scientia, non attingitur per scientiam mediam, sed per scientiam naturalem, et necessariam, qualis est haec, ut solet iam dici est.

Ex dictis infertur, neque ad actus liberos naturales, sive honestos sive inhonestos, sive indifferentes, neque item ad omissionem liberam esse necessariam scientiam conditionatam; quia rationes adductae militant aequaliter in actu supernaturali, et naturali, tam positivo, et negativo; quia in omnibus facile intelligitur libertas, ex eo quod procedant a voluntate sub comprincipiis indifferentibus, quae Deus immittere solet ex directione scientiae simplicis intelligentiae, atqui eiusmodi comprincipia nunquam Deus immittit ex directione scientiae mediae, quia haec non confert ad earum congruitatem, et proportionem, ut voluntas sub eis libere operetur; cum ea proportio sit obiectum necessarium, attingendum proinde scientia simplicis intelligentiae.

Addo rem notatu dignam. Tantum abest, ut scientia conditionata inveniat ad libertatem creatam, quod potius intelligeretur et explicaretur facilius ea libertas ~~tunc~~ quia ex parte Dei daretur eiusmodi scientia, neque ex parte nostrorum operum futuritio conditionata, quae posset a Deo cognosci. Probo, quia negata eiusmodi scientia et futuritione nihil daretur ante productionem ~~[illegible]~~ actus absolutam, quod

illum inferret, quandoquidem praecise daret auxilium cum ceteris compraerequisitis
in actu efficientibus ad actum, et eius negationem; at concessa eiusmodi scientia, et futu-
ritione, datur antecedenter ad actum aliquod principium, sive physicum, sive logi-
cum, a quo deducitur infallibiliter actus, hoc enim syllogismus evidenter concludit:
Si Petrus vocaretur converteretur: sed vocatur, ergo convertetur. Ubi praemissae habent
indispensabilem connexionem cum consequenti, et ad illud antecedunt, ut in materia de
Scientia, cum communi sententia nostrorum edocui.

Hinc patet iam oriri non leviores difficultates
a quibus difficillime se expediunt authores, qua ratione servetur libertas in conversione,
quae deducitur infallibiliter ex principio antecedenti, physico vel logico. Ergo Scien-
tia media et conditionata quibus ubi positis implicant, quam explicant libertatem
creatam.

Scientia conditionata non requiritur ad consequendam gloriam [illegible] §4

Probatur 1° quia per impossibile si Deus careret omni Scientia conditionata, posset
adhuc habere voluntatem conferendi gloriam ex meritis gratis, sive talis voluntas
esset conditionata et merita praecedens, sive absoluta, et subsequens Scientiam visio-
nis de meritis absolute futuris. Nam utroque modo rei convenire posset: ergo ex vi
talis voluntatis conferendi gloriam, qui haberet merita: ergo ad consequendam glo-
riam ex meritis non requiritur Scientia conditionata.

Nihil est in consequentia, et contra probatione. Maior enim est certa, nam ut Deus habeat amorem ad obiectum, satis est
ut proponatur ei bonitas ad sanctitatis per scientiam simplicis intelligentiae non per
conditionatam. Minor etiam patet. Quia si voluntas dandi gloriam sit conditionata
cum haec exequatur posita purificata conditione, gloriam impendet eo ipso quo merita
dentur. Et si voluntas dandi gloriam dicatur absoluta et subsequens ad merita, non potest
non conferri gloriam quia connectitur infallibiliter cum suo obiecto. Neque dicas ad
merita requiri Scientiam conditionatam. Hoc enim iam exclusum.

Probatur 2°

quia sine Scientia conditionata confert praemia, quando cognoscit adesse merita, quia praevisis meritis habet voluntatem absolutam conferendi praemia, vel quia praevie ad merita habet voluntatem conditionatam si dentur merita. Similibus Deus habet, nam cognitio de meritis est clarior, et magis ... in Deo quam in homine, siquidem Deus falli nequit in eiusmodi cognitione sicut homo. Deinde voluntas Divina magis efficax in executione in obiectis quam humana. Potentia denique causativa gloriae est infinita in Deo, neque ab ullo potest impediri sicut in homine, ergo si potest homo sine sua Scientia conditionata dare praemium, a fortiori Deus potest dare gloriam ut praemium.

Sed adhuc ... tum esse discrimen, quia potest in nobis esse cognitio de meritis existentibus sine Scientia conditionata, in Deo tamen nequit esse Scientia visionis de meritis existentibus absque conditionata Scientia. Quare cum in Deo requiratur Scientia visionis de meritis ad conferendam gloriam propter merita, requiritur etiam conditionata Scientia, quandoquidem ablata Scientia conditionata de meritis ut conditionate futuris, tollitur Scientia visionis de eiusmodi meritis ut actualiter existentibus.

Hic tamen dicendi modus respondendum ex illo ad summum infertur quod Scientia conditionata requiratur per accidens, et indirecte, quatenus est necessaria ad Scientiam visionis, quae per se requiritur. Deinde licet omitterem, quod Scientia visionis divinam perfectionem exposcat Scientiam conditionatam, adhuc absolute negarem quod illa requireretur ad conferendam gloriam ex meritis, quia Scientia visionis solum esset necessaria, qua est meritorum expressio, non autem qua Scientiam conditionatam peteret. Sicut licet Omnipotentia petat de sua perfectione esse virtutem omnium creaturarum, et esse identificatam cum Divinis suppositis, adhuc ad producendum Angelum non exposcit, nisi qua virtus est Angeli productiva; ideoque communiter dici solet creationem non exposcere Trinitatem personarum, neque ... creari ... Omnipotentem.

Ac demum quia Scientia visionis ex se non petit, nec pendet a Scientia conditionata, sicut neque Scientia conditionata a

scientia visionis vel simplicis intelligentiæ. Rao est nam unius obiecti cognitio non debit esse cognitionem alterius &c. Et ea quidem petit infinita intellectus virium perfectio, qui propter eminentiam suam excipit de se etiam obiectivam attingere, quia propter scientiæ intellectus Dei scientia conditionata formaliter est imperfectibus ab scientia visionis esset formaliter æque perfecta, sicut est de facto.

Scientia conditionata non requiritur ad formalem prædestinationem

Antequam ad probationem huius 3æ accedam, adverto quod iam supra notabimus diversis aliquid posse requiri, vel tanquam conditionem, vel tanquam essentiale prædicatum. Hoc igitur posito statuo 1º. Scientia conditionata non requiritur, ut essentiale prædicatum constituens prædestinationem. Probatur 1º quia prædestinatio de facto exercite consistit in eo complexo, quod resultat ex scientia visionis de meritis, et ex voluntate conditionata conferendi gloriam si merita dentur: at in hoc complexo non includitur essentialiter scientia conditionata ut patet. ergo etc.

Probatur 2º. Si prædestinatio constitueretur essentialiter ex scientia conditionata, dari non posset sine scientia conditionata; sed potest dari sine scientia conditionata: ergo etc. Maior est certa quia res dari nequit sine proprio constitutivo essentiali. Minor probatur. Sine scientia conditionata potest dari collatio gloriæ, ut ex præcedenti casibus constat. ergo sine scientia conditionata potest etiam dari prædestinatio. Patet quia cum prædestinatio requiratur ad collationem gloriæ, si dari non posset prædestinatio sine scientia conditionata neque sine illa dari posset gloriæ collatio: omnia enim exigibus ad prædestinationem, exigebantur etiam ad gloriæ collationem. et econtra quæcumque non requiruntur ad collationem neque requirantur ad prædestinationem.

Statuo 2º scientia conditionata non requiritur ad prædestinationem, ut conditio. Probatur in primis ex ratione 2a proxime tacta pro conclusione præcedenti, nam eadem requiritur ut

conditio sine quo rei dari potest; At praedestinatio dari potest, sine scientia conditionata; non ergo ad praedestinationem requiritur ut conditio scientia conditionata. Deinde probatur. Eo ipso quod datur scientia visionis de meritis, et voluntas conditionata conferendi gloriam, datur praedestinatio, sed in hoc complexu ergo non requiritur ut conditio scientia conditionata; ergo ut detur praedestinatio non requiritur ut conditio scientia conditionata. Consequentia patet ex se. Maior ex nostris principiis. Minor probatur. Nam in primi defectu datur conditionata voluntas dandi gloriam reprobo, quin et voluntas absoluta conferendi auxilia praeter, quin deest in Deo scientia conditionata, quod per ista auxilia reprobus bene operaturus usque in finem, et in gratia decedet. Ergo adsunt voluntates non requiritur ut conditio scientia conditionata. Deinde neque requiritur ad scientiam visionis, ut ex fine capitis praecedentis constat. Ergo etc.

Dices, ut Deus cognoscat merita absolute futura, requirit aliquod medium: sed non est aliud, quam scientia conditionata, et voluntas absoluta conferendi auxilia. Ergo ut Deus cognoscat merita absolute futura, requiritur scientia conditionata. Minor probatur, quia non datur in Deo decretum absolutum circa gloriam antecedenter ad merita absolute futura, quia pugnaret cum eorum libertate, neque datur aliquid antecedenter connexum cum meritis, nisi voluntas absoluta conferendi auxilia, et scientia conditionata, qua Deus videt, quod si dentur talia auxilia dabuntur merita: in quo complexo Deus merita videt.

Respondetur, quidquid sit de decreto efficaci, et an cum libertate pugnet, de quo infra, Deum non egere medio ad obiectum cognoscendum, ut in materia de scientia late ostendi. Fateor ergo Deum cognoscere futura in eo complexo, nego tamen egere complexo, ut cognoscat futura. Nam ad eorum cognitionem obiectiva veritas sufficit. Et ita Deus cognoscit possibilia sine praesupposito medio, in quo cognoscantur. Item futuritionem conditionatam attingit, quin eam cognoscat in conditione, ut pote in differenti, vel in aliquo alio medio. Constat ergo scientiam conditionatam ad praedestinationem non requiri tanquam essentialem praedicatum, aut tanquam conditionem, sine qua non.

circa hanc vero doctrinam adhaerent sententiae omnes nostrae Societatis DD., qui scientiam mediam summe necessariam esse pro nostro praedestinationis decreto ... Ex ijs autem alij qui censent esse praedicatum essentialiter constitutivum praedestinationis. Ita P. Suarez lib. 1 de essentia praedestinationis cap. ... lib. 2 de Scientia conditionata. P. Vazquez 1a parte disp. 93 cap. 1 et disp. 98 cap. 4. P. Herice disp. 22 cap. 7. P. Arriaga disp. 33 de praedestinatione sect. 2. Alij vero indicant esse conditionem sine qua non. Ita P. Mendoza disp. 3 de Providentia sect. 5. et alij DD. qui praedestinationem constituunt in sola voluntate, vel in solo actu imperij. Favent etiam, qui solum requirunt scientiam conditionatam ex perfecto modo operandi Dei, non ex conceptu praedestinationis.

Omnes in sic ergo hi DD. in eo conveniunt, quod scientiam conditionatam summe necessariam esse ... ad praedestinationem. dissident vero maxime in assignando titulo vel ratione, qua requiratur. Quare singulorum placita breviter oportet expendere.

Consulantur Recentiores Cap. 6.

In primis consulari debent, qui praedestinationem essentialiter constituunt ex scientia conditionata; consequenter qui dicunt etiam ex hoc capite requiri ad praedestinationem. Docent ergo constitui praedestinationem ex scientia conditionata, qua Deus cognoscit quod si Petro dispensarentur haec auxilia, et Deus haberet voluntatem conditionatam conferendi gloriam, Petrus in gratia decederet, et gloriam consequeretur; item ex voluntate absoluta, qua Deus decernit dare haec auxilia et ex conditionata, qua vult absolute dare gloriam.

Pro iis praedictos iuniores militare, cur praedestinatio consistat in eo conjuncto, quod ex praedicta scientia, et duabus voluntatibus resultat, reddendi aliquam rationem esse, quia tale conjunctum se habet ex parte Dei antecedenter in sensu collationis ordinis, quod satis est ad totum munus praedestinationis conceptum.

Haec tamen ratio caduca est. Nam ad praedestinationem non sufficit ...

cum que antecedenter inferre collationem gloriae, nisi talis illatio sit immediata, ut iam in q. 7. cap. 2 docuimus. Cum que praedictum coniunctum mediate solum inferat collationem gloriae, nam inter ipsum et gloriam intercedit scientia visionis de meritis, et decreti in gratia, fit a pari, quod illud coniunctum nequeat esse praedestinatio.

Deinde. Si tale coniunctum esset praedestinatio, quia praecise inferret ex parte Dei antecedenter gloriam, daretur in Deo de facto circa quemlibet praedestinatum duplex praedestinatio. Quod superfluum est, cum unica sufficiat. Probatur sequella, nam ultra conceptum, et coniunctum assignatum datur aliud in Deo, quod componitur ex scientia visionis de meritis, et ex voluntate conditionata conferendi gloriam, si merita dentur. Quod conceptum infert gloriam, cum bene valeat: Deus vult dare gloriam, si merita dentur: sed videt merita dari, ergo dabit illi gloriam et talis illatio est a priori, et antecedens gloriam, cum scientia visionis meritorum, et voluntas conferendi gloriam antecedat eius collationem. Ergo tale coniunctum est praedestinatio.

Probabilius hoc alii respondent, ideo praedestinationem constitui scientia conditionata, quia ut praedestinationi Deus debet esse certus de consequutione gloriae, nequit autem esse certus ex vi scientiae simplicis intelligentiae, neque ex vi scientiae visionis de meritis, et gratia finali, solum que redditur certus ex vi scientiae conditionatae, qua cognoscit, quod si dentur ex parte hominis haec auxilia, et ex parte sua voluntas conditionata de conferenda gloria, homo consequeretur illam.

Sed in primis ignoro, quo fundamento dicat ex vi praedestinationis Deum debere reddi certum de consequutione gloriae. Probabilius hic discursus probat, praedestinationem esse constituendam per scientiam visionis de gloria re ipsa conferenda, nam ex vi huius scientiae redditur Deus certus de consequutione gloriae, non vero certus redditur ex vi scientiae conditionatae, nam haec solum dictat, quod si conditio adsit, adesset etiam, quidquid sit de conditionis purificatione, et de actuali collatione gloriae [illegible] Deo. Nam scientia conditionata, et eius certitudo aequalis est quoad reprobum ac praedestinatum, quia Deus indifferenter de utroque cognoscit, quod si ponentur in ea [illegible]

tia, dabitur gratia finalis et gloria consequenter, sub alia autem non dabitur, sic ex parte intellectus sui nullam Deus habet ex vi scientiae conditionatae specialem certitudinem de praedestinatorum potius quam reproborum.

Denique fatentur PP. quod si Deus careret omni scientia conditionata, posset adhuc Angelus vel homo consequi gloriam et mereri. Ergo et sic, quamvis careret omni scientia conditionata, posset Angelum vel hominem praedestinare. Patet, quia nequit rationalis creatura consequi gloriam nisi detur ex parte Dei praedestinatio, ut omnes Theologi clamant. Denique 2°. PP. communissimum est unum velle alterum adducere. Et in primis audiat Augustinum lib. de dono perseverantiae cap. 9: Mira tamen gratiae [illegible] debet esse certissimum, hunc esse praedestinatum cui datur perseverantia, alterum autem non esse. Sentit ergo qui habet perseverantiam, hoc est finalem gratiam, eo ipso praedestinatum esse a Deo. 2°. Fulgentius de Fide ad Petrum cap. 35 sic ait: Firmissime tene, et nullatenus dubites omnes quos vasa misericordiae gratuita bonitate Deus fecit, ante constitutionem mundi in adoptionem filiorum Dei praedestinatos a Deo, neque perire posse aliquem eorum, quos Deus praedestinavit ad regnum caelorum, neque quemquam eorum, quos non praedestinavit ad vitam ulla penitus ratione salvari. Quid clarius?

Neque satisfacit dicendo in eo casu daretur imperfecta praedestinatio, quam admittunt [illegible] ex parte PP. pro eo quod ante [illegible]. Contra enim est, tum quia PP. absolute loquuntur, tum etiam quia iam nulla esset ratio cur in Deo daretur de facto praedestinatio perfecta, cum alias inde probari non possit nisi ex eo quod homines et Angeli de facto salventur. Videantur dicta a [illegible] et quaest. 3 cap. 6.

Alia placita refelluntur. Caput 7.

Primo refellendi sunt, qui conditionatam scientiam ideo requirunt ad praedestinationem, quia praedestinatio est perfectissima providentia et de ratione sua

et dare media, quae non solum aptarent ad suos fines consequendos, sed sub quibus praevidet, quid pro sua libertate operabitur humana voluntas.

Contra hunc discursum est 1°. Quod praedestinatio non sit providentia, licet eam inferat, ut ex q. 5 constabit. 2° Quia providentia licet perfectissima sit non includat nec exigat conditionatam scientiam, ut communis sententia patet inter Doctores etiam, qui conditionatam scientiam admittunt. Deus enim per perfectissimam providentiam quam reprobos exercet, quamvis non cognoscat eos sub mediis eis oblatis bene usque ad finem operaturos. Providentia enim Dei solum petit voluntatem dandi media, quae per scientiam naturalem, et simplicis intelligentiae cognita sunt proportionata cum fine.

Censent alii, praedestinationem, ut de facto continetur, in absoluto decreto consistere, quo Deus vult antecedenter ad merita dare gloriam ex meritis. Ut autem hoc decretum non destruat libertatem meritorum, quae infert necessario praesupponit scientiam conditionatam.

Hic vero discursus fallitur, quia praedestinatio de facto non affert voluntatem absolutam, sed conditionatam erga gloriam, ut infra dicemus. Unde neque merita, neque gloriam infert, et consequenter ex hoc capite, non opus est, ut scientiam conditionatam praesupponat; et vero nobis, quia iuxta hanc sententiam praedestinatio non constituitur ex scientia conditionata, licet eam praesupponat.

Tertio plures omnino exigunt scientiam conditionatam, ut auxiliorum collatio habeat rationem specialis beneficii, quia nisi Deus cognoscat voluntatem bene operaturam sub hoc auxilio, si detur, non erit Deus specialis benefactor illud conferendo, quamvis voluntas reipsa bene operatura sit, quoniam Deus id ignoravit. Fateor libentissime requiri scientiam conditionatam ut auxilium habeat illam rationem specialis beneficii: quod demum ita intelligo si immittatur a Deo quando voluntas bene operatura est. Nego tamen adhuc neces-

sarium

Primum quod pxi beneficii tam necessaria sit ad praedestinationem, cum sufficienter intelligatur Deus praedestinare homines ad gloriam post praevisa merita, si antecedenter ad merita vellet conditionate gloriam dare, si merita dentur. Ex hac voluntate moveatur ad auxilia conferenda, quae videt esse proportionata ad merita, quamvis non cognoscat, quid voluntas praestabit, si dentur talia auxilia. Posset etiam ad gloriam ex meritis praedestinare, si post absolutam scientiam meritorum haberet efficax decretum conferendi gloriam ob merita iam existentia, quamvis non interfuisset conditionata scientia, cum Deus auxilia dispensavit ad merita.

Secundum; neque quod ablata scientia conditionata, nequeat stare specialis divina providentia in collatione auxilii; nam si pro eliciendo merito requiratur auxilium ut unum, et Deus conferat uberrimum auxilium ut 100, specialis beneficus erit, quamvis ignoret, quid eveniet sub eo ingenti auxilio, et dabit, quandoquidem dabit aliquid quam necessarium est, et quam, ut ita dicam, debet, neque aliis hominibus auxilia dispensat in ea intentione.

Tandem absolutis exigitur scientia conditionata; quoniam, inquiunt, ad praedestinationem requiritur ut Deus conferat auxilium efficax formaliter ut efficax, at conferre nequit auxilium efficax formaliter ut efficax ablata scientia conditionata. ergo haec ad praedestinationem requiritur. Probatur minor, quamvis Deus cognoscat operationem ponendam sub auxilio, non conferret auxilium efficax ut tale, si aliquid sit tale. conferat auxilium materialiter efficax, id est quod a parte rei habebit effectum.

N. Plura hic involvuntur, quae non satis expendere. Notum advertit duobus modis intelligi posse Deum conferre auxilium efficax formaliter ut efficax: primo intendendo eius efficaciam, sive illa sit in actu primo sive in actu secundo. Secundo non intendendo, sed cognoscendo eius efficaciam, sicut dicere solemus, quando voluntas amando rem inhonestam peccat, ferri formaliter in malum, quia non sufficit ad peccandum materialiter ferri; neque tamen denotamus voluntatem intendere seu amare in bono formalitatem malitiae. Sufficit ea tantum illam cognoscere, et cum ea cognitione ferri in illud

effectum, q in sensu compositionis efficax. Itaque Deus quolibet ex his modis conferat auxi-
lium efficax ut tale requiritur sine dubio scientia conditionata.

Nego tamen ad praedesti-
nationem opus esse, quod conferatur auxilium efficax ut tale, quia satis est conferri au-
xilium materialiter efficax, hoc est, quod revera habeat effectum, quamvis id non
cognoscatur a Deo. Neque bene dabitur inter se sectio ex parte praedestinationis, sed
ex parte Dei praedestinantis, quia veritatem illam conditionatam ignoraret. Contra
est nullum hucusque titulum assignari propter quem provocamur dicere scientiam con-
ditionatam ad formalem praedestinationem requiri. Hoc magis stabit ex argumento-
rum solutione, quam subiicio.

Primum oppositae partis argumentum cap. 8.

Illud est. Praedestinatio discernit ab non praedestinato, non solum ex scientia visionis
qua subsequitur adeptus gratiam finalem, sed etiam ex maiori speciali bene-
volentia Dei erga ipsum, ut docet S. Thomas q. 6 de Veritate artic. 6. Sed ad hoc
requiritur scientia conditionata, ergo ad praedestinationem requiritur scientia conditionata.
Minor probatur, quia seclusa scientia conditionata non habet Deus specialem bene-
volentiam erga praedestinatum potius quam reprobum, quia omnibus aeque vult
dare gloriam et auxilia gratiae, posita vero scientia conditionata specialem benevo-
lentiam habet erga praedestinatum, quia vult ei conferre media quae videt ad glo-
riam profutura, reprobo tamen, quae videt non profutura.

Nego consequentiam, dari specialem
istam benevolentiam discernentem praedestinatum a non praedestinato sive illa sit
aliquid physicum sive aliquid intrinsecum ex parte divinae voluntatis.
Quolibet enim potest intelligi Deum exercere specialem benevolentiam conferen-
do auxilium, quod videt profuturum. Primo, quia specialem amorem habeo, quo
conferre velit auxilium ut efficax, amando scilicet eius efficaciam, sive in actu
vel sive in actu. Secundo quem actum sine dubio Deus non haberet, si non praevideret
auxilium profuturum. Et in hoc casu dat aliquid speciali physicum ex parte

Divinae Voluntati, quando confert auxilium ut efficax, et in eius collatione specialem benevolentiam exercet, ut evidens est.

Potest autem aliter Deus conferre auxilium efficax non quidem specialiter intendendo vel amando eius efficaciam, sed operiri decernendo eius illam auxilii, quam cognoscit profuturam, et profuturam et se debitum, et in hoc casu nihil speciale amplius intervenit ex parte Divinae Voluntatis conferendo auxilium efficax, et exercendo specialem benevolentiam in eius collatione, sed ad summum intervenit aliquid morale quatenus prudenter censetur Deus aliquid speciale praestare, dum auxilium confert in circumstantiis congruis. De quo infra.

Quidquid sit de hoc, assero ad praedestinationem, qua Deus conferat gloriam ex meritis praecedentibus non requiri specialem illam benevolentiam, quam antecedenter ad scientiam visionis discernat praedestinatos a reprobis, consequenter non requiri ex hoc capite scientiam conditionatam, sed sufficere scientiam simplicis intelligentiae, visionis indifferenter auxilia sufficientia distribuens tam praedestinatis quam reprobis, quae illi in praedestinatis habebunt effectum quo in reprobis carebunt. Inde cum praedestinatos non discernat a reprobis ante scientiam visionis de bonis operibus, sed formaliter per eandem met scientiam visionis.

Imitari [illegible] tam numerus praedestinatorum non erit specialiter ex Divina Voluntate dependente sed ex humano arbitrio libere cooperanti. Res negata, vel praecisa scientia conditionata Deo esse necessario admittendum, quia Deus aequaliter omnibus dare auxilia, quod hi homines, et non alii, bene operarentur, ex qua cooperatione hi et non alii salvarentur. Et quidem in hoc nullum mihi apparet absurdum, sicut non est in eo quod numerus eorum qui bene operantur in statu conditionato non sit ex Divina Voluntate dependente sed ex humano arbitrio conditionati operante, quia Deus pro illo statu decreverit aequaliter omnibus vero inaequaliter distribuere auxilia.

Caetera assumenda, unus [illegible]

Ceterum addenda dicere ... scientia visionis, quae per nos constituimus praedestinationem

exigit Scientiam conditionatam. Ergo eam exigit praedestinatio. Patet, nam quod exigitur a parte exigitur ab eo ut constituto per eam quod. Unde probatur, quia Scientia Visionis identificatur realiter cum conditionata quae petit illam, ut terminum suae realis identitatis.

Resp. negando ant. Ad probationem omisso anti distinguo, neque petit illam, secundum quod est actualiter expressio veritatis conditionatae, neque secundum quod dicit perfectionem ex parte Dei omitto, sicut Scientia condita mundi realiter identificatur cum decreto circa productionem illius, nec tamen ea scientia petit hoc decretum, ut est actualis volitio creandi mundum. dicit illud entitative, et quoad intrinsecam perfectionem petat. Ideo vero tangere irrationem argumentum eam inexplicabilem difficultatem de actu libero Dei, circa quam in praesenti non est immorandum.

Instas. Scientia Visionis demeritis nequit in Deo reperiri sine Scientia conditionata de eisdem meritis. Ergo quia Scientia Visionis exigit conditionatam. Resp. concesso anti, nego conseq., nam quod Scientia Visionis reperiri nequeat sine conditionata non potest inde provenire, quod petat illam, sed quod constanter una data conditionata veritas, quam intellectus divinus debet cognoscere. Neque semper tamen, ut duo necessario coexistant, quin unum exigat aliud, ut patet in oppositis Petri, et Pauli, quae separari non possunt, quin tamen una requirit aliam. Patet etiam quia Scientia Visionis demeritis, quae necessario dat cum omnia merita, neque in [illegible] meritis exigitur, et ratio quaelibet est, nam aliunde quam ab exigentia debuit extremi provenire debet quod, stante uno debeat existere aliud.

Instas. Iterum. Scientia Visionis debet esse Scientiam Dei veri et iusti. Ergo debet esse Scientiam Dei habentis Scientiam conditionatam. Patet, quia Deus sine Scientia conditionata, non esset verus, seu iustus Deus petit quod in Deo Scientiam conditionatam. Resp. hoc argumentum probare Scientiam Visionis, immo quemlibet effectum creatum et omnem actum divinum petere similiter et omnem Dei perfectionem, ad quam vel una detracta, Deus non erit verus, seu iustus Deus. Ergo animus dicitur. Propterea nego quod Deum realiter sine Scientia conditionata esse iustum, non autem Deum praecisum a Scientia conditionata, quia sic est verus Deus, licet non

cum per ordinem. Scientia vero Visionis exprimit verum: Deum quia vidit eo Scientiam 20
suam Dei, qui re ipsa habet Scientiam conditionatam, licet ab ea Scientia, quan-
tum est in se, praescindat.

Dices 2.o cum RR. oppugnantibus ipsam Scientiam con-
ditionatam exigi ut distributivum ad praedestinationem. Illud est distributivum praedestinationis
ex quo deducitur a priori collatio gloriae: sed deducitur ex Scientia conditiona-
ta simul cum purificatione conditionis. ergo Scientia conditionata simul cum pu-
rificatione conditionis est distributivum praedestinationis. Minor probatur, quia bene
valet: si Deus decerneret dare gloriam et auxilia gratiae Petro in his circum-
stantiis, Petrus bene operaretur, et consequeretur gloriam: at Deus utrumque decre-
vit. ergo Petrus re ipsa bene operabitur, et consequitur gloriam.

Resp. in primis docere
cum [illegible] dari Scientiam Visionis de meritis absolute futuris distributivam praedestinationis,
quod negant. Probatur, nam per Scientiam Visionis de meritis, et voluntate decernendi
gloriam si videntur merita, deducitur a priori collatio gloriae, sicut etiam ipsa distributiva
est. Resp. deinde praedestinationem non esse id, quod utcumque infert a priori gloriam
sed quod illam infert immediate: praedictum autem coniunctum non illam infert im-
mediate, sed mediate, consequenter praedictum coniunctum non est praedestinatio, neque Scien-
tia conditionata, quamvis valde coniunctum [illegible] est praedictum distributivum
praedestinationis.

Est sane propositio conditionalis, quae pro maiori praemissa ponitur in eo
discursu, sic explicari debet: Si Deus decerneret dare gloriam et auxilia Pe-
tro, ~~[illegible]~~ Petrus re ipsa bene operaretur [ex vi illa bona operatione]
et consequeretur gloriam, quia licet Scientia Visionis de bono auxiliorum usu non
requiratur ad bonum usum, requiritur ad requisitionem gloriae, quamvis Deus
videat bonum usum absolute futurum non decernit dare gloriam nisi Petro [illegible]
iam consequenter inter coniunctum constitutum ex Scientia conditionata, quam ar-
gumentum affert, simul cum ex conditionis purificatione et inter collationem glo-
riae, mediat Scientia Visionis, non est praedictum coniunctum infert immediate glo-
riam.

Utrum ad praedestinationem exigatur scientia visionis
Quaestio 10.

Proponitur vera sententia

Circa hanc difficultatem nimis breviter et obscure loquuntur AA. Breviter ergo supponendum existimo quod actus scientiae visionis atque potest divino procedere. Nam postquam Deus scientia conditionata cognovit quodcumque [illegible] quavis conditione, si daretur, eveniret, habuit voluntatem conditionatam conferendi gloriam cuique decedenti in gratia. Quam voluntatem intuetur primo actu visionis. Habuit deinde voluntatem absolutam ortam ex conditionata conferendi omnibus christianis gratiam. Circa quam voluntatem cadit secundus actus visionis. Exstitit autem [illegible] erunt in praedestinatis merita finalia, sive decessus in gratia, quem tertio visionis actu cognoscit. Ac denique post merita subsequitur futuritio gloriae, quam etiam Deus intuetur.

Et licet de his omnibus actibus [illegible] quaedam [illegible], nihilominus tantummodo tertium ad rem, quo Deus finalem gratiam praedestinatorum intuetur, quamvis nos aliquando etiam de omnibus dicemus. Per tertium ergo actum Deus videt in omnibus praedestinatis, sive adultis, sive infantibus, gratiam finalem, sive decessum in gratia; cum discrimine tamen, quia praedictam gratiam in adultis videt cum perseverantia finali, sive ex exclusione peccati, non sic in infantibus. Et quia tam de adultis quam infantibus indifferenter loquamur, scientiam visionis supponimus ut terminatur ad finalem gratiam prout a meritis personalibus praescindit.

Est notandum, non esse dubium quin praedicta scientia visionis de gratia finali requiratur ad praedestinationem. Ratio in promptu evidens est. Nam ad praedestinationem requiritur gloriae collatio, quatenus illa sine collatione gloriae stare non potest: at scientia visionis de gratia finali requiritur ad collationem gloriae, quia haec semper connectitur cum finali gratia praevisa. Ergo ad praedestinationem requiritur scientia visionis de gratia finali. Dico requiritur, non vero praerequiritur, quia praedicta scien

tia non antecedit praedestinationem ergo sine illa, i. antecedenter vel subsequenter aut comitanter nec erat datur praedestinatio, quod intendo. Non inquirimus in praesenti quaerimus an praedicta scientia visionis requiratur ad praedestinationem, sed an requirat ut essentialiter constitutivum illius?

Primo prima sententia docet eiusmodi scientiam non constituere praedestinationem. et communis inter nostros AA; eam tuetur P. Suarez lib. 1 de essentia praedestinationis cap. 6. P. Herice disp. 22 cap. 7 num. 63 P. Molina de praedestinatione disp. 1 parte 6. ... et ... n. 12 qui videntur innuere Videntur nulla omnino ratione praedictam scientiam ad praedestinationem requiri.

Secunda sententia propugnat eam requiri tanquam essentialiter constitutivum praedestinationis. Ita videntur indicare P. Granados 1 parte disp. 33 ... n. 7 cum aliquibus AA, quorum mentem approbo et in subsequenti cap. specialius exponemus.

Secundae sententiae probatio proponitur. Cap. 2

Prima ex auctoritate. Nam S. Prosper in responsione 12 ad obiectiones Vincentianas ita ait: quia praescitus ... tantum non est praedestinatus; esset autem praedestinatus si esset reservatus in sanctitate ad virtutem manenti. Consonat S. Fulgentius lib. 1 ad Monimum cap. 22 Deus praedestinavit ad regnum quos ad se praescivit misericordiae praevenientis auxilio reversuros, et in sua misericordia subsequentis auxilio remansuros. Ubi praedicti PP. loquuntur de scientia visionis, ubi ex ipso operum bonorum consilio quae dicunt provenire ... rum praedestinationem et ex eius defectu reprobationem impiorum.

Secunda probatio est ex ratione. Nam illa scientia praedestinationem constituit cuius obiectum per se pertinet ad passivum discrimen praedestinati a non praedestinato. sed obiectum scientiae visionis de qua loquimur pertinet per se ad passivum discrimen praedestinati a non praedestinato. Ergo praedicta scientia constituit praedestinationem. Consequentia patet. Minor debet esse omnibus certa, quia eo solo causam dicunt communiter AA scientiam conditionatam vel ... ineptum aut voluntatem ... generali ...

riam sive conditionata, sive absoluta constituere praedestinationem, quia videlicet obiecta horum actuum pertinent per se ad passivum discrimen praedestinati a non praedestinato. Minor est evidens, quia decessus in gratia, quod est obiectum praedictae scientiae, discriminat passive praedestinatum a non praedestinato. Pro quo

notandum est necessarium esse discrimen per se; nam obiectum scientiae conditionatae, Petrus videt praedestinatum sub hypothesi consummationis, quibus ipsa constituitur responsurum, et in gratia decessurum, ac tandem gloriam consecuturum, scilicet sive discriminat simul cum purificatione conditionis praedestinatum a non praedestinato, ut infra dicam, et ex se constituat quod abstracte convenientem cuique praedestinato convenit, neque potest uni non praedestinato convenire. Et tamen scientia conditionata non constituit praedestinationem, ut supra docui, quia scilicet hoc discrimen se habet per accidens ut homo consequatur gloriam ex finali gratia, quandoquidem eo deficiente posset aeque bene consequi illam cum praecisa a qualibet scientia, vel futuritione conditionata facillime obtineretur beatitudo ex finali gratia, non autem obtineretur sublata finali gratia. Ergo finalis gratia quae est obiectum scientiae visionis per se pertinet ad passivum discrimen praedestinati a non praedestinato.

2a Confirmatur probatio. Nam praedestinatio consistit in eo convenienter, quod resultat ex voluntate conditionata conferendi gloriam cuique decedenti in gratia, et ex scientia visionis decessus in gratia. Sed praedictum convenientem essentialiter constituitur ex scientia visionis decessus in gratia, sicut ex voluntate conditionata conferendi gloriam. Ergo scientia visionis decessus in gratia constituit essentialiter praedestinationem. Maior et consequentia sunt evidentes, minor ex nostris principiis constat.

Ex his intelliges aperta ratione cur reliqui actus, quos supra memoravimus, quamvis pertineant ad scientiam visionis non requirantur ut praedestinationem obtineant, quia scilicet non constituunt praedictum convenientem in quo duntaxat praedestinatio consistit.

Ga

Obiectionum solutio Cap. 5

Sed cum aliquibus RR. obiicies 1.º Si promissio Dei aliquid homini sub conditione promiserit, et homo conditionem impleverit, habet ius ad rem promissam, et Deus tenetur illam dare: sed ante scientiam visionis intelligitur Deus promittens homini gloriam sub conditione quod in gratia decedat, et intelligitur homo decedere in gratia. 2.º ante scientiam visionis intelligitur homo cum iure ad gloriam, et Deus cum debito conferendi illam; at ante praedestinationem homo non habet ius ad gloriam, neque Deus illam debet. 3.º ante scientiam visionis decessus in gratia iam homo praedestinatus est, et consequenter praedestinatio non constituitur per huiusmodi scientiam, sed ad eam supponitur.

Resp. facile

Licet Deus aliquid sub conditione promiserit, et conditio fuerit purificata, non adhuc intelligitur homo habere ius proximum ad rem promissam neque Deum illam proxime debere usque dum Deo constet per scientiam visionis de purificatione conditionis, sed quia in omni contractu sub conditione rato, qua neque tenetur sibi dare rem promissam, neque ius habet ad illam proximum, nisi mihi constet de purificatione conditionis, quia tenetur rem promissi non tam sub conditione ut in re existente, quam ut a me cognita.

Aliquid vero discriminis agnosco inter contractum conditionatum a Deo, vel ab homine initum: nam homo potest ignorare conditionem, quamvis re ipsa posita sit, et consequenter tunc radicale debitum quod in promittente resultat ex positione conditionis in re, potest non fieri proximum et formale. Ius etiam ad rem promissam quod ex purificatione conditionis attribuitur potest non reddi proximum, sed radicale remotumque manere, quia non datur absolute, et simpliciter debitum ex parte promittentis, neque ius ex parte exequentis conditionem, nisi dum haec promittenti nota fiat. Potest etiam homo per errorem iudicare positam esse conditionem, quae revera posita non est.

At liber continget in Deo qui cum neque falli possit, nec rem aliquam ignorare non potest videre conditionem positam si posita non est, neque potest illam ignorare

si semel ponatur. Vnde iuxta illum radicabile quod ante scientiam visionis intelligitur adgloriam non potest non fieri formale, quia decessus in gratia non potest non a Deo videri. Debitum etiam, quo Deus tenetur dari gloriam ex sua promissione decessus in gratia, non potest non reddi proximum et formale ob eandem rationem.

Dices: Ante scientiam visionis meritorum, et decessus in gratia datur aliquid, ubi cuius est infallibile, quod homo consequetur gloriam: at ita, ubi cuius est infallibile, quod homo consequetur gloriam est praedestinatio, ergo ante scientiam visionis datur praedestinatio, quae proinde non constituitur eiusmodi scientia. Contra patet. Minor videtur certa. Maior probatur, quia bene valet: Deus promisit gloriam cuilibet decedenti in gratia: sed Petrus decedit in gratia, ergo consequetur gloriam. Vbi tamen eadem promissio est ante scientiam visionis decessus in gratia.

Respondetur distinguendo maiorem. Datur aliquid, ubi cuius est infallibile proxime, quod homo consequetur gloriam, nego; est infallibile remote, concedo. Nam posito decessu in gratia sine scientia visionis de illo non dabitur gloria; necessarium vero est, quod posito decessu detur scientia visionis, et exinde conferatur gloria. Similiter ad minorem dices praedestinationem esse id, ubi cuius est infallibile non quidem remote, sed proxime, quod conferatur gloriam. Praeterea quamvis non est praedestinatio, quodcumque infert gloriam etiam immediate, nisi aliquid sit intra Deum; at decessus in gratia non est aliquid intra, sed extra Deum, videlicet in praedestinato. Et etc.

Duplex aliud argumentum. Cap. 4

Primum: Praedestinatio iuxta S. Augustinum est praescientia, et praeparatio beneficiorum, quibus certissime liberantur quicumque liberantur. Vbi perpendendum est apponere scientiam, deinde praeparationem, ut denotaret eam scientiam subsequi praedestinationem, quae praecedit ad praeparationem beneficiorum vel auxiliorum: at scientia visionis non antecedit, sed subsequitur ad internam auxiliorum praeparationem, imo et ad externam eorum collationem, quin et ad ...

Videraa alia, quae fiunt ex auxilii et Scientia Visionis, non constituunt praedestinationem, sed scientia consiliorum, et similiter intelligendis. 23

Ceterum licet ordine rerum omnium ponerit D. Aug. scientiam, quam praeparationem, loquitur tamen de scientia visionis, quae non antecedit, sed subsequitur auxiliorum praeparationem et collationem. Deinde non loquitur de praeparatione formali auxiliorum, sed de radicali, quae consistit in Voluntate conferendi gloriam, ex qua nascitur alia Voluntas auxilia dispensandi, quando dicat Augustinus praedestinationem esse Voluntatem conferendi gloriam, ex qua dimanat auxiliorum praeparatio, quibus homo bene usus ad finem operatur et simul scientia Visionis de facto finali.

Et quia enim non tam de fine hic Augustinus praedestinationem in communi, quam praedestinationem, ut de facto peragitur; quia sine auxilio potest dari praedestinatio, sine auxiliorum praeparatione, cum possit optime gloria sine meritis conferri et considerasse de praedestinatione secundum essentialia expresse, quia hoc earum ei intererat, sed secundum ea omnia, quae de facto concurrunt. Videantur etiam, quae circa hanc Augustini definitionem notavi etc.

Dico tertium. Eo ipso, quod intelligamus in Deo Voluntatem dandi gloriam ex meritis dependenter, et insuper Voluntatem conferendi auxilia, quibus quoque homo bene operabitur, et in gratia decedat, intelligimus hominem esse praedestinatum: sed adhuc non intelligimus scientiam Visionis, qua Deus cognoscat hominem in gratia decessurum. Ergo talis scientia non constituit praedestinationem. Consequentia patet. Minor est certa, quia tunc solum intervenit Voluntas dandi gloriam ex meritis dependenter, et insuper Voluntas conferendi auxilia, ac demum futuritio conditionata operum, et decessus in gratia si darentur talia auxilia. Maior probatur. Nam eo ipso datur aliquid in Deo, quod infallibiliter gloriam, cum importabile sit connexionem ex utraque illa Voluntate, et futuritione conditionata operum, ac decessus in gratia cum negatione gloriae.

Secundo negando maiorem, quia tunc adhuc non intelligimus aliquid ex parte Dei, quod infallibiliter

inferat gloriam. quod non intelligimus praedestinationem. Dices non intelligi praedestinationem respectu Dei, sed adhuc aliquam praedestinationem intelligi, quia datur aliquid gloriam infallibiliter inferens. Contra nam nominis praedestinatio tantum est respectu Dei, quia Deum denominat praedestinantem, et actus immanens illius, ut circa statutum manet cum communi fere omnium sententia. Possibile quod illo connexio infallibilis est gloria, quia infallibilis est praedestinatio, non quia connexum illud formaliter est praedestinatio, ut satis explicuimus.

An praedestinatio consistat in monastico imperio.

Quaestio VI.

Quid sit politicum imperium. Cap. I.

Ne in aequivoco laboremus praemitti debet ex materia de actibus humanis quid sit politicum, et quid monasticum imperium, et in quo consistat utriusque discrimen. Imprimis ut secundum est actum voluntatis praecedentem efficacem esse imperium non quia sit intimatio, quae fiat inferiori de superioris voluntate, sed quoniam est determinatio talis, ut eius vi ceterae potentiae si non sint impeditae, necessario prorumpant in suos actus, ita dicimus intellectum ex imperio voluntatis assentiri rebus fidei. Nam in hoc sensu voluntas imperat etiam intellectui. Dicuntur etiam ceterae facultates esse subditae voluntati quoad exercitium suarum operationum.

Ad praesentem difficultatem hoc imperium non conducit, sed illud quod politicum appellatur, et dicitur ad imperatorem, et subditum imperantis, solet communiter hac ratione definiri. Politicum imperium est intimatio, vel insinuatio, per quam voluntas superioris inferiori declaratur. Iudico tamen hac definitione non sufficienter explicari naturam huius imperii, nisi aliquid ulterius addatur, id quod breviter ostendo, nam si Petrus insinuaret Paulo voluntatem Ioannis superioris, cum ex voluntate Ioannis insinuatio procederet, nunquam diceretur Ioannes imperare Paulo, ut evidens est, quia insinuatio volun-

tali Superiori non sufficit ad imperium, nisi aliud intelligatur

Quaestio

Quando dat hoc imperium, dominandi superior imperans inferiori, quod ut intimatio habeat rationem imperii, necessarium est, ut aliquem ordinem, et respectum dicat ad superiorem; et consequenter, quod hic ordo per definitionem explicetur: at hic ordo est ad superiorem, ut intimantem per se, vel per alium propriam suam voluntatem. Ergo ad imperium non sufficit insinuatio voluntatis superioris, nisi ulterius addatur, quod haec insinuatio proveniat aliquomodo a superiore. Unde si Petrus ex nomine Joannis superioris insinuaret eius voluntatem Paulo, iam censeretur Joannes imperare Paulo.

Duo ergo ad imperium politicum exiguntur. Primum quidem est, insinuatio voluntatis superioris inferiori; secundum, quod haec insinuatio proveniat aliqua ratione a superiore. Patet, quia tunc superior imperare dicitur, quando suam voluntatem intimat, vel insinuat inferiori, sive haec insinuatio fiat per se ipsum, sive per alium, quod parum interest. Explicatur, imperans eatenus imperat, quatenus dirigit eum, cui imperat, insinuando, vel intimando propriam voluntatem: at non dicitur dirigere, nisi intimatio ex sua voluntate procedat. Ergo ad hoc imperium exigitur non solum insinuatio voluntatis superioris, sed quod haec insinuatio aliqua ratione procedat a superiore.

Restat breviter decidere cuiusnam potentiae actus sit hoc imperium. In quo magna est authorum dissensio; nam aliqui censent ad intellectum pertinere, alii ad voluntatem, alii denique ad utramque potentiam. Omnes vero hi ut puto falluntur, quia praedictum imperium ad eam potentiam pertinet, cuius actus est intimatio voluntatis superioris ad inferiorem. Ratio mihi certissima est, nam hoc imperium est intimatio voluntatis superioris ad inferiorem; ergo ad illam potentiam pertinet cuius est insinuatio. Unde cum intimatio iam per voces, iam per scripta, iam per alia externa signa fieri soleat, imperium hoc iam pertinebit ad potentiam vocum formativam, iam ad illam, quae caracteres format, iam ad aliam, quae signa exteriora edit.

est quidem impérium, et actum voluntatis superioris, aperte ni fallor, convincitur. quia talis actus est, quo vult subditum aliquid obligare: sed talis actus non est imperium. ergo etc. Probo minorem, quia hic actus non est intimatio voluntatis superioris, tum quia non est signum, ex quo subditus cognoscit voluntatem superioris. tum quia intimatio supponit eam voluntatem, et ab ea dimanare solet, ne saltem fictitia sit. Praeterea, nam ab aeterno Deus habuit voluntatem obligandi creaturas, neque tamen ab aeterno creaturis imperavit, cum non existerent ab aeterno.

Similiter, quod imperium non sit actus intellectus superioris, probatur quia talis actus esset, quo superior cognoscit se habuisse voluntatem obligandi subditum; at hic actus non est politicum imperium. ergo etc. Maior est adversariorum doctrina. Probo minorem, quia hic actus non est intimatio voluntatis superioris ad inferiorem, tum quia non est signum, ex quo cognoscit inferior voluntatem superioris. tum etiam quia Deus ab aeterno habuit eiusmodi actum, quo suam voluntatem cognovit, nec tamen ab aeterno quidquam creaturis imperavit.

Ex his rationibus colligitur, quod neque in utroque actu simul consistat politicum imperium, quia Deus ab aeterno habuit utrumque actum, nec tamen habuit imperium ad creaturas. Praeterea neuter actus utrumque signum est in quo subditus et inferior cognoscere possit voluntatem superioris, ergo non est intimatio, et consequenter non est imperium.

Denique notandum est, hoc politicum imperium consistere de facto, quia saepius nobis proponitur, et intimat voluntatem superioris obligantis. Item licet illud non sit absolute necessarium, ut bene operemur, maxime tamen conducit, ut ex se patet.

Quid sit monasticum imperium. Caput. 4.

Non satis convenit inter doctos quid sit monasticum imperium. Ex iis tamen quae circa illud frequenter dici solent, hanc definitionem conficio, quam ...

parver, nullus erit [illegible] in asseret. Monasticum imperium est intimatio ordinata 25
voluntati, ad operationes eiusdem suppositi. Quae definitio desumitur a Dd. p[illegible]
nomen, quae circa hoc imperium agitare solent. Et eius omnia particulata exponit,
quae non solum huius sufficienter explicant, et in quibus omnes Dd. conveniunt.
[illegible] definitioni particulas expendamus

Dicitur in primis, est intimatio
voluntatis. In quo convenit cum imperio politico, seu gubernativo, nam utrumque
voluntatem intimat, licet eo discrimine, quod mox dicemus. Hoc praedicatum est
de substantia huius imperii non est quod dubitet solum advertendo non aliam ra-
tione monasticum imperium intimare voluntatem, nisi repraesentando et cognoscen-
do ipsam, quia spectat ad intellectum in quo maxime differt a politico imperio,
quod tam per vocem, tam per scripta, tam per alia exteriora signa voluntatem ma-
nifestat, ut ex praecedenti cap. constat. Unde monasticum imperium semper est actio
intellectivae potentiae, quidquid sit an sit actus seu quarta quaedam operatio
praeter apprehensionem, iudicium et discursum, quod in praesenti non curo, nam
[illegible] est dissidium inter [illegible] imperium propugnantes

Addit in definitio-
ne, quod haec intimatio debet esse practica, quia nemine dubitante, monasticum
imperium est practicum, et directivum operis. In quo convenit etiam cum po-
litico, quia suo modo causat opus imperatum. Dico suo modo, quia non [illegible]
[illegible] causat. Sed intentionaliter, [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] ad eius
executionem. Et hac etiam ratione monasticum imperium [illegible] [illegible] quia exit operis
[illegible]

[illegible] [illegible] ad operationes eiusdem suppositi, quibus verbis [illegible]
[illegible] [illegible] monasticum imperium a politico nam politicum [illegible] inter perso-
nas [illegible] [illegible] superiorem et inferiorem. Illud non dirigitur ad operatio-
nes eiusdem sed diversi suppositi: monasticum autem imperium est eiusdem ad re-
[illegible] [illegible] est intimatio voluntati ad propria eiusdem suppositi potentias, [illegible]
[illegible] actus exerceant sine [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]. Quapropter [illegible] com-
muniter solet monasticum imperium esse [illegible] potentias voluntati [illegible] [illegible]

autem ad personas domini superiori subiectas.

Est etiam notandum discrimen, quod monasticum, et politicum imperium tendit in operationem: nam politicum inducit obligationem moralem praestandi, vel abstinendi ab opere, quod imperat; monasticum autem non inducit tale obligationem moralem, sed ad summum physicam, et naturalem, ut plures volunt, quatenus inferiores facultates ex naturali quadam subordinatione tenentur obedire voluntati ipsi imperanti, nec possunt ab operatione suspendi supposito imperio. Hinc forte velis, quod alijs placet hoc monasticum imperium non urgere, neque necessitare potentias ad operandum etsi impellat illas.

Circa hoc imperium plura controverti solent. 1°. An in agentibus creatis rationalibus inveniatur? 2°. Cuius naturae sit actus ille, qui dicitur imperium? An assensus, iudicium vel discursus, an vero quarta quaedam operatio ab his tribus distincta. 3um an requiratur ad operationes internas, vel saltem ad externas. 4°. An infallibilitatem inferat, vel solum conducat ad operandum? Haec tamen et alia, quia pertinent ad materiam de actibus humanis, et a nostro instituto sunt aliena missa facimus: neque enim agimus hic de imperio monastico creato, neque de ratione generica ad creatum et increatum, sed praecise de monastico imperio, quod in intellectu divino reperiatur.

Ubi notandum est ulterius aliud esse, quod in Deo detur monasticum imperium, aliud vero, quod in eo consistat praedestinatio; cum plura dentur in Deo, in quibus certissime praedestinatio non consistit. Ergo in praesenti non de re ipsa quaerimus, an in Deo detur, sed an in eo praedestinatio consistat, quia haec sola difficultas pertinet ad hanc materiam. Dicta tamen de eo quod non detur, evidens autem argumentis ut probemus, quod in eo praedestinatio non consistit, ideo necessarium erit aliquid attingere circa eius existentiam in Deo.

Praedestinatio non consistit in monastico imperio Cap. 3.

Ita sentio cum P. Suarez lib. 1 de essentia praedestinationis cap. 16 et 17. 26
P. Vazquez disp. 87 in 1am p. cap. 3 et disp. 89 cap. 2 et 1a parte disp.
4a cap. 4. P. Arriaga 1a parte disp. 22 de Providentia sect. 4. Cum innu-
meris aliis ex nostra Societate contra omnes fere thomisticas oppositum sen-
tientes, quibus suffragium dedit P. Granado tractatu 5 de Praedestinatio-
ne disp. 3. et P. Mendoça disp. 3 de Providentia sect. 9. et disp. 1 de prae-
destinatione sect. 5. cum aliis apud A.A.

Probatur 1a nostra sententia, quia prae-
destinatio adaequate consistit in eo conjuncto, quod ex voluntate consequen-
ti ad gloriam resultat. Si homo decedat in gratia, et scientia visionis,
qua cognoscit decessum in gratia: sed haec non requirunt monasticum impe-
rium; ergo praedestinatio non consistit in monastico imperio. consequentia patet. Maior
ex supradictis constat. Minor est evidens, et quoad negationem nequit ab ad-
versariis; nam scientia visionis decessus in gratia est speculativa, supponens
et non causans decessum; ergo non est monasticum imperium, quandoquidem hoc
imperium debet esse practica scientia. Ideo haec adaequate conjuncta, neque
partialiter constituit praedestinationem per imperium.

Deinde argumentum confirmo.
firmo. Nam in eo solum consistit praedestinatio, quod existit in Deo, et
praedestinatum per se discriminat a non praedestinato: sed exclusio mona-
stico imperio datur aliquid in Deo, quod per se discriminat praedestina-
tum a non praedestinato. ergo exclusio monastico imperio datur adhuc in Deo
praedestinatio, quae proinde bene adaequate neque partialiter in imperio
consistit. Minor probatur: ipsum praedestinatum conjunctum, in quo jam includitur non
monasticum imperium existit in Deo, praedestinatum per se dis-
criminat a non praedestinato, ut in praecedenti monstravi.

Probatur 2o prae-
cedens conclusio: quia nequimus explicare quinam sit actus intellectus, aut voluntatis
imperium, in quo debeat consistere praedestinatio. ergo haec non consistit in
monastico imperio. consequentia patet. Antecedens minor: alicui probari potest, quia

quaestione de executione a nostris Theologis his verbis. Aliqui dicunt illum esse, quo Deus post intentionem efficacem conferendi gloriam, et auxilia, quibus in felicitatem obtineat, cognoscit se habuisse voluntatem conferendi haec auxilia tanquam media subordinata ad gloriam. Itaque censent ingenium, in quo consistit praedestinatio, esse actum intellectus quo Deus cognoscit se habuisse voluntatem eligendi haec media, quibus obtineat finem gloriae efficaciter intentum.

Sed multa supponunt ad hoc ornandi, quae non consultandum. Primo supponit in Deo voluntatem efficacem conferendi gloriam, quae 2ª ea, quae infra in dicam non dat. 2º non est cur potius dicatur consistere praedestinationem in cognitione electionis, quam intentionis, quarum utraque cognitio debet in Deo. 3º quia licet talis cognitio sit intimatio divinae voluntatis, non tamen est practica, et communiter non est morale imperium. Idita probo, quia cognitio non est practica respectu obiecti, nisi modum edoceat, vel proponat motivum ad illud efficiendum; sed ea cognitio, neque modum edocet neque motivum proponit ad exequendum media. Ergo non est practica respectu mediorum. Consequentia patet. Maior communiter certa, minor probatur; nam ea cognitio solum contemplatur existentiam electionis, neque aliquid decernit circa existentiam mediorum, imo neque illa pro obiecto habet, et quidem actus, quo cognosco me elegisse haec media ad illum finem, nulla dicitur esse causam executionis mediorum, quia speculativa solum contemplatur existentiam electionis, quam supponit.

Plane 3ª impugnationem ita confirmo. Quod imperium exterius est causa operis imperati, quatenus cum intimatione voluntatis superioris coniungitur alia cognitio, quae proponitur ut bonum, et expediens obedire voluntati superioris, et eius dictis sequi, quod est novum motivum allicienti voluntatem ad operandum. At seclusa haec motivo, quamvis intimaretur voluntas superioris, ea intimatio non esset practica, neque vim aut efficaciam ullam in operationem haberet, quia speculativa solum contemplaretur voluntatem superioris obligantis

Ergo cum actus ille intellectus, de quo loquimur, nimirum propona[t] motivum ad exequenda media, sed exercitii complectur electionem eorum, sic[u]t aperte ergo nulla ratione ipsius causa exequutioni mediorum.

P. Granado num.° 12 dicit actum imperij contribuenti praedestinationem, ita dicere. Perducant, Deus homines, et Angeli ad beatitudinem, per vocationem et alia media supernaturalia. Esse. Sed hic actus in primis non est imperium, quia non est intimatio voluntati, cum de illa nihil loquatur. Deinde satis obscurus est, eorum verborum sensus, nam si denotet, esse necessarium homines et Angelos ad beatitudinem perducere, falsum omnino est: at si contendat expedienti id esse, verissimum est; sed in hoc sensu necessarius est Miraculis, et consequenter non est monasticum imperium, quod debet esse liberum, quia determinat Deum ad electionem, et creaturam ad operationem. Denique talis actus non est practicus, ut ex proximo dictis facile constat. Aliqua mitto sequentibus capitibus proponenda.

Pro stabilienda statuta conclusio. Cap. 4.

Pro argumentor. In Deo non datur monasticum imperium; in Deo datur praedestinatio. Ergo praedestinatio neque partialiter consistit in monastico imperio. Consequentia est certum, et minor de fide. Solas propositio maior probatione, quam ita confirmo. Nullus actus superfluus datur in Deo; monasticum imperium superfluus. Ergo non datur in Deo. Minor probatur, nam si ad actionem requireretur maxime ut Omnipotentiam determinaret ad exequendum id, quod Divina voluntas efficaciter decrevit, ut habentur eius propugnatores. Ad hoc non requiritur Imperium. Minor probatur. Nam ex decreto efficaci per scientiam simplicis intelligentiae regulato sufficienter determinabitur Omnipotentia ad exequendum obiectum, cum ex suppositione talis decreti repugnet omnino, quod non exponat decretum illum.

Prob. 1º. Haec ratio. Nam experientia compertum est nos movere manum, et quamlibet externam actionem efficere statim ac efficaciter volumus hic et nunc eam praestare. Si non adsit impedimentum, a quo retardetur potentia. Nec experimur ullum intellectualem actum, qui subsequatur ad efficacem voluntatis intentionem. Item. Ex appetitu corporea bruta suas externas operationes eliciunt, quin ad appetitum subsequatur aliqua cognitio, per quam imperentur, quia sola ratio, et corporeus appetitus determinant sufficienter potentias externas, ad suas actus. Ergo a fortiori dicendum de decreto Divino, cuius vis, et energia maior est.

Prob. 2º, quia decretum efficax de producendo Angelo v.g. determinat immediate ex adversario Divinum intellectum ad imperium. Ergo poterit etiam immediate determinare Omnipotentiam ad executionem obiecti. Patet, quia non est cur prior efficacia concedatur, et secunda denegetur. Urgeo. Non minus, quin magis requiritur directio rationis ad actum immanentem, quam ad transeuntem. Ergo stante decretum de producendo Angelo non praecedat directio rationis, quae fiat per imperium, sed sufficit ea, quae fit per scientiam simplicis intelligentiae, a fortiori non praecedet ante ipsam externam Angeli productionem.

Neque dicas hoc imperium requiri ut Deus se determinet ad executionem rerum intentarum, sed ut perfectissimo modo se determinet. Contra probare debes effectivissimum exequendi modum exigere hoc imperium neque sufficienter stare cum solum intentione efficaci: ea enim est facilitate, quae dicitur, negabitur. 2º deinde, nam Deus perfectissime se determinat ad imperium sine antecedenti aliquo imperio, sed solius intentionis efficacis. Ergo ut eundem poterit modo perfectissimo se determinare ad executionem absque antecedenti imperio. Sicuti ad intentionem efficacem Deus se determinat absque antecedenti imperio, et potest etiam sine imperfectione se determinare ad executionem rerum absque imperio

so imperio

Ab ea iam oratam potest in Deo non reperiri monasticum imperium. Etenim eo dirigitur imperium, ut cognitione sui obiecti, scilicet voluntati exhibet potentiam ad executionem; a potentia, quae non est capax cognoscendi obiectum, non est capax, ut imperio dirigatur: at Omnipotentia quâ talis, et ut a ceteris perfectionibus distincta non est capax obiectum cognoscendi, quia formaliter non est cognoscitiva, sed executiva rerum; ergo Omnipotentia qua talis non est capax ut imperio dirigatur. Atque hoc ratio non solum probat hoc imperium de facto non reperiri, sed nec in Deo reperiri posse.

Et urgetur, quia voluntas creatae subditum movet, et excitatur per sensuum imperium, non gratenus in illo, ut in medio, cognoscit voluntatem superiorem, ... si non posset eam cognoscere non est capax, ut imperio politico dirigere. Ergo cum Omnipotentia non sit capax cognoscendi, non erit capax, ut imperio monastico dirigatur.

Urgetur perficitur. Nam Omnipotentia non determinatur ad operandum ex voluntate Divina obiective proposita, sed ex naturali simpathia, qua tenetur Divinae voluntatis nisibus ... existit. ... sicut quaevis ex senis potentia, quâ voluntati maxime ... a voluntati, quod voluntas movet, et ... ab obiecto proposito per cognitionem; at exterius sua consilia. ... ab efficaci voluntate prout existentem, non prout cognita seu proposita per intellectum. Nam huiusmodi determinationi est incapax omnino, quia cognoscitiva non est, et nequit Omnipotentia determinari ad operandum ex imperio, quod sit cognitio ... Divinae voluntatis.

Hinc est, ut licet admittendum esse efficacem habere ... in Deo cognitionis ... intentionis, ea tamen non est operis exterioris causa, quia non determinat, nec movet Omnipotentiam ad operandum. Unde ad summum ... est non ... consequenter concomitanter, ut scilicet in ... Divinum

nulla veritas lateat. Ubi si impossibile non datur ea cognitio sequeretur proximo exercere in suam operationem Omnipotentia, quae nullo determinativo careret

Ulterior eiusdem veritatis probatio cap. 5

Persequimur adhuc intentum in capitibus praecedentibus, scilicet in Deo non reperiri monasticum imperium. Ad hoc autem supponendum est duplici ex capite praecipue cognosci naturam cuiuslibet actus intellectus, videlicet ex modo tendendi circa proprium obiectum, et ex obiecto circa quod tendit. Hinc ex duplici capite conabimur argumentum deducere, quo monasticum imperium a Deo relegemus. Primo ex modo tendendi. Secundo ex obiecto circa quod versatur.

Et in primis circa modum tendendi sentire solent cum AA, monasticum esse imperium, nec apprehensive, nec indicative, neque discursive tendere in suum obiectum, sed alio quodam speciali modo nimis inexplicabili. Quare fiter dicunt esse quartam intellectus operationem, et addunt communem divisionem, quae distribuit actum intellectus in apprehensionem, iudicium, et discursum, esse accipiendam de intellectu ut speculativo, et sic esse divisionem adaequatam, inadaequatam vero, si accipiatur de intellectu tam speculativo, quam practico.

Probant autem hoc imperium esse quartam operationem, eo quod neque sit apprehensio, neque discursus, quia tales actus ob suam imperfectionem in Deo non reperiuntur, neque rursus est iudicium, quia correspondet imperio politico, quod tendere solet sine affirmantibus aut negantibus, sic hoc.

Sed hic dicendi modus vel obscuritate propria evanescit, nam intelligibilis proximus est actus intellectus, quia neque sit apprehensio, nec iudicium; tenemus eo ipso quod

sit actus intellectus cognoscit obiectum. o. vel affirmando, aut negando. vel non. Si affirmat, vel negat, est iudicium, secus est assensus, ijs quo nomine apprehensionis aliud non intelligitur, quam cognitio nihil affirmans, vel negans.

Praeterea, licet monasticum imperium politico respondeat, quod illis verbis explicatur fac hoc, adhuc potest monasticum imperium esse iudicium, quamvis ea verba indicativa non sint. Quo modo saepius, quando profero hanc vocem heu, quae non est iudicium, vel affirmatio, sed solum nota tristitiae, correspondet in intellectu proferentis, et audientis, iudicium de tristitia, quia cognosco, et interius affirmo, me habere tristitiam et quiuis dictam vocem audit, similiter affirmat. Idem contingit, cum utor voci ista ergo, quae denotat, non affirmat illationem et tamen quandoque correspondet sibi cognitio indicativa de illatione. Eiusmodi modi probabilissimum est, quando superior politice imperat his verbis Fac hoc, ei correspondere iudicium in intellectu, quo cognoscit et affirmat se habere voluntatem obligandi subditum, et ex parte subditi adesse etiam simile iudicium respondere.

Ad Primum ...
uix fieri potest verbo constituentibus iudicium vocale. Vel si superior mihi dicat tibi praecipio quod hoc facias, mea voluntas est quod obligeris ad id faciendum. Et hanc tibi voluntatem intimo. Tamen hoc imperium debet monasticum imperium respondere politico, quod non fiat per vocale iudicium, quamvis consistat ex talis iudicio. Certe nulla huius rei obligatio ... prudentis ratio. Secundo praeterea, quia voces illae fac hoc accomodantur voluntatem componunt. Igitur monasticum imperium est correspondens ... intellectus apprehensio.

Dicere adhuc ... imperium argumentum ...

Iam ad 2.um praesentis impugnationis argumenta accedentes videamus, an omnium obiectum ... incerto designetur? ... eius ... docent ... 29

esse tum decretum efficax de producendo Angelo, cum etiam futuri-
tionem absolutam ipsius Angeli, nam utrumque simul cognoscit.
Sed dices quia scientia visionis cognoscit futuritionem absolutam
Angeli, praesupponens illam, cum omnis scientia visionis praesupponat
suum obiectum, et non causat illam: ab intellectu debet causari per aliud
decretum, ad quod dirigit, et Angeli futuritio nisi fuit esse decretum ad quod dirigat
[illegible] imperii.

Dices scientiam visionis esse duplicem, aliam, quae cognoscit obiecta futura
in se ipsis, aliam quae cognoscit in decreto. Et supponere sua obiecta, nec illa causare, sed
quia per eam, quia et eius existentiam futuram determinat cognitio divina
ad scientiam visionis in decreto non supponere. Et supponi rem
rem futuram, eam non causare, quia non existit in Deo, ex cuius determinatione
futuri, sed potius decreti versantis circa futurum.

Sed ut omittam modo quam difficile intelligatur hoc futuri cognitio in decreto, et inexplicabilem actus liberi divini constitutionem, de
quo plura dedi in materia de scientia. Sic ex aliis capitibus haec
evasio praecluditur. Primo quia decretum et hoc [illegible] non determinat ad faciendum rem esse futuram, sed ad cognoscendum illam [illegible]
futuram, et quia aliunde, quam ex tali cognitione esse [illegible]

nam ante hanc scientiam praecedit efficax decretum de producendo
Angelo. Sed efficax decretum de producenda creatura facit creaturam
existentem pro ea differentia temporis, qua vult, et ante hanc scientiam
existit Angelus pro sua differentia, qui proinde non existit per scientiam.

2° Si praedicta scientia cognoscat Angeli futuritionem in decreto, ergo vero constat aliunde Angeli futuritionem in decreto, quam
proinde non causat. Patet quia scientia non est in causa, quod Angelus sit futurus in decreto. Itaque nam illa scientia cognoscit Angelum

subintrionem in decreto; et non causat Angeli subintrationem in decreto, sed cognoscit quod non causat, et non causat, quod ea praevenit; quod quidem est contra rationem a(c)tus ex uberi, et in casu ...

Denique scientia Dei ex se independenter a decreto determinata est ad causandum, quia non est ad causandum extrinsecum, ut causet, et non causet, quod ex se determinata est ad cognoscendum, et consequenter non determinatur a decreto. Probatur quia practica scientia non aliter determinatur quam causando, neque aliter causat, quam cognoscendo. Plura alia praedicata causae omitto.

Primum argumentum a ... [illegible]

Ex ... [illegible] ... obiectiones opponam, quibus adversarii ... [illegible] ... praedeterminationem ... [illegible] ... nostrum intentum; ceteras autem, quae ... ingenii ... [illegible] ... omittam, vel leviter tangam.

Arg. 1º sic obiiciunt. Providentia divina consistit in monastico imperio, non in scientia practica. Probatur consequentia nam practicae ... quidem speciali providentia, nec ... dicitur, nisi quia providentia tendit ad omnia et singula media ... destinata ... [illegible] ... propositionem ... [illegible] ... Probatur ... nam in eo consistit providentia ... determinatur ac dirigitur ... ad conferenda media: sed monasticum imperium ... determinat ... ad conferenda media, et in monastico imperio consistit providentia. Consequentia patet ... ex ... termini ... [illegible] ... videtur ... efficaciter decrevit conferre media ... cognitio, qua cognoscit existentiam ... et quod obiectum illius exequendum est;

ea omnino ratione, qua decernitur: hoc autem cognitio monastica cum sit quae ... determinat ac dirigit Deum ad conferendum medium ... est.

Ut melius percipiatur hoc obiectio circa quam aliquantulum debemus immorari, quia doctrinam suppeditat non parum utilem pro materia de Providentia. Notandum est, ab adversariis doceri primo, postquam Deus efficaciter decrevit conferre medium, habere cognitionem intuitivam decreti, et abstractivam medii, quia decretum illud nequit latere divinam cognitionem, neque potest absque suo obiecto cognosci. Debet igitur Deus abstractive cognoscere medium in decreto.

Docent 2° necessariam cognitionem esse subsequentem ad decretum, antecedentem autem ad medium: est subsequens ad decretum, quia cognoscit illud intuitive, et ... antecedit ... ad medium, quia nequit Deus aliquid ad extra operari, quin prius cognoscat id quod operatur, alioquin eo modo produceret per ... operationem. Hinc inferunt esse necessariam illam cognitionem, ut Deus ad extra medium producat. Sive ex effectus independentia saltem ex perfecto modo operandi Dei, qui dum externam operationem exercet, praecognoscere debet se decrevisse illam, et ... talis decreti debet ... ponendam ...

Vocant monasticum imperium, quia est intimatio practica divinae voluntatis ad propriam operationem externam, cum cognoscat decretum de medio inferendo, et Deum antecedenter dirigat ac determinet ad eius collationem. In hac ergo cognitione, seu imperio dicunt consistere providentiam. Quia talis cognitio proxime, et immediatius, quam decretum dirigit ac determinat Deum ad media proportionata conferenda. Cumque praedestinatio sit quaedam providentia, censent ultimo, praedestinationem consistere in ea cognitione, qua Deus postquam

auxilia gratiae conferre decrevit, cognoscit hoc auxilium in illo decreto.

Quibus notatis, ad argumentum iam in primis respondetur, omisso ant[ecedente] negando consequentiam, quia praedestinatio non est providentia, neque providentiam includit, sed ad illam disparate se habet, ut q. 5 diximus. Deinde respondetur negando ant[ecedens], quia providentia proprie consistit in voluntate conferendi media proportionata cum fine. Ad probationem omissa maiori, nego minorem. Ad cuius probationem negatur etiam minor, quia talis concursus, sicut supponit decretum, ita futuritionem medii in decreto, quam proinde causare nequit, ut in praecedenti capite dicebam.

Ad id quod additur in explicationem adversae doctrinae respondetur 1° quod ab adversariis edocetur, a nobis omitti, videlicet Deum cognoscere futura in suo libero decreto, nam ea difficultas pertinet ad materiam de scientia.

2um, quod additur esse omnino falsum, quia talis concursus subsequitur ad utrumque obiectum, videlicet decretum et medium, utrumque [illegible]. Deinde Deus perfectissime operari requirit quod antecedenter ad operationem cognoscat eius existentiam: tum quia sufficit cognoscere posse rem et modum quo [illegible], quod spectat ad scientiam [illegible]; tum etiam quia decretum eius antequam concipiatur non cognoscitur a Deo per scientiam visionis, ut ipsi adversarii fatentur, et tamen in eo concipiendo Deus perfectissime operatur, praeterea etiam operatur ad extra, quamvis antecedenter ad operationem non cognoscat eius existentiam. Maxime cum divinae perfectioni sufficiat, ut in eodem instanti reali, quo Deus operatur, cognoscat suam operationem.

Hinc de[nique] dicitur praedictam cognitionem non esse necessariam in operante [illegible] determinationem, nec [illegible] Deum antecedenter ad operationem, sed consequenter [illegible] cuius [illegible] nequit esse causa. [illegible]

in eiusmodi conditione requirit consilteri providentia. Habet nam providentia debet esse quia antecedens ad collationem medii; sed dicta conditio non est antecedens, sed subsequens ad collationem medii; sicut ostendimus. &c.

Caeterae Obiectiones Cap. 8um

Prima est, non implicat in intellectu Divino conceptus aliquis respondens huic Verbo *fac hoc*. Sed talis conceptus est monasticum imperium, non indicativum. Ergo non implicat in Deo monasticum imperium in quo consistat praedestinatio. Respondetur hoc argumento non probari, quod praedestinatio consistat in monastico imperio, sed ad summum, quod etiam in Deo detur. Praeterea, conceptus intellectualis, qui posset dari in Deo respondens illi Verbo *fac hoc*, non esset monasticum, sed politicum imperium, siquidem ea Verba non continent imperium monasticum, sed politicum; sicut et alius conceptus ab adversariis dictus non indicativus, quia respondet Verbo non indicativo [illegible].

Denique iam supra cap. 4 notabam actum indicativum posse illi Verbo correspondere. Quod ita denuo confirmo. Namque hae voces, quibus potest superior imperare subdito, aequivalent et correspondent sibi: *fac hoc*, et *mea voluntas est, ut hoc facias*. Sicut hae aequivalent sibi, *heu!* afficior tristitia. Verum quod subsit actus enunciativus etiam verbo respondens non enunciativo, quid mirum, ut hoc eveniat inter actum intellectivum et vocalem.

Conceditur dari conceptum intellectualem in Deo respondentem illi Verbo, eum tamen esse indicativum quo Deus cognoscit, et affirmat se habere voluntatem obligandi creaturas ad aliquid praestandum vel ab eo abstinendum. Et similis conceptus reperietur etiam in Rege, aliave creato, neque monasticum imperium est, quod similiter in Deo a

a

ractio. Postquam Deus efficaciter voluit Petrum ad beatitudinem per haec media perducere, cognovit eam voluntatem, deinde cognoscit Petrum re ipsa perventurum ad beatitudinem per haec media: sed talis cognitio est monasticum imperium, in quo praedestinatio consistit. ergo etc. Minor probatur. nam cognitio antecedit urget, ac ultimo determinat Deum, tam ad collationem mediorum, quam finis beatitudinis, quae est monasticum imperium. Item praedestinatio consisteri debet in eo, quod ultimo determinat Deum ad conferendam gloriam, et media gratiae, quibus obtineatur; ergo etc.

Respondebis hoc argumentum supponere decretum efficax de conferenda gloria. Quod non admittimus de facto, sicut infra dicetur. Sed esto detur eiusmodi decretum, adhuc negamus cognitionem illam, quae sine dubio reperitur in Deo, habere rationem imperii monastici; attamen tempore antecedat collationem gratiae et gloriae, tamen respectu utriusque natura posterior est, quia si cognoscit Petrum perventurum reipsa ad gloriam per haec media certe ultimo perventurus est, ut in praecedentibus dictum manet. Id solum adnotare libet, quod licet illa cognitio esset antecedenter necessaria ad executionem mediorum et finis, quoniam sine illa Deus non esset ultimo determinatus ad operandum, adhuc ea non esset praedestinatio, sed conditio praerequisita ad externum praedestinationis exercitium.

Sicut in obtinendo applicatio non est causa, sed conditio praevie requisita ad exercitium causae, et proximum ad terminum. Imperium monasticum non est efficax voluntas de operatione, nisi dominium est et adversaria conditio praerequisita, ut decretum obtineat effectum, et in proprio genere causet illum.

b. l. c

Et quidem iuxta sententiam oppositam dicendum consequenter esset liberalitatem et iustitiam, aliasque virtutes sine dubio pertinentes ad voluntatem, in imperio consistere, consequenter ad intellectum spectare, quod nihil habet probabilitatis. Contraria probatur

riam imperium ultimo determinabit Deum ad benefaciendum, quoniam dum est. Constat igitur quod in eo casu, de quo loquitur argumentum praedestinatio consistit in sola voluntate conferendi gloriam per merita, imperium autem, si forte detur, erit tantum conditio praerequisita, ut praedestinatio consequatur suos effectus.

Ultima obiectio. Cap. 9.

Tandem obiicies. Monasticum imperium in S. Scriptura continetur, nam David saepissime secum loquitur, ut mentem excitet ad bene operandum. psalmo 114. Convertere anima mea in requiem tuam, quia Dominus benefecit tibi. psalmo 102. Benedic anima mea Domino. psalmo 145. Lauda anima mea Dominum. Et experientia compertum videtur homines aliquando loqui secum ipsis, ut excitent se ad aliquid praestandum.

Respondetur hoc testimonia non convincere, quod in Deo detur monasticum imperium, sed ad summum in creatura, consequenter neque probare, quod in hoc imperio consistat praedestinatio: posset enim facile disparitas assignari, quia cum efficax intentio creaturae sit imperfecta, vel quia non habet sufficientem energiam, ut exteriores potentias determinet, vel quia propter difficultates denuo supervenientes in executione sui obiecti potest facile deponi, uper additum fuit monasticum imperium ultimo determinans potentias, aut voluntatem ob firmans in intentione, quam semel concepit; at in Deo nihil ex his reperiri potest. Unde si uteretur imperio, argueretur, vel quod eius efficax intentio non sufficeret Omnipotentiam determinare, vel quod in tempore posset illa intentio deponi, quasi coacte, propter difficultates denuo subortas, et a Deo non praevisas. Vel quod omnino superflueret hoc imperium, quod non decet eius imperfectio.

Sed nec in hominibus probatur inde sufficienter hoc imperium, nam in oratio[...]

non tamen insinuat Davidis voluntatem, quae praecesserit laudan-
di Deum, quin potius ita secum Propheta loquitur, ut excitet se ad conci-
piendam praedictam voluntatem laudandi Deum proponendo sibi rationes
et motiva, quibus ad eam allicitur. Ut ergo ea verba continerent im-
perium, opus erat, quod voluntatem iam praeconceptam intimarent, et ad
eius externam executionem excitarent.

Ubi pro maiori huius argumenti so-
breviter aliqua notanda. 1.º Saepe homines ita secum loqui, non solum
interius, sed exterius etiam, quia natura ita comparatum est, ut intel-
lectus noster efficacius apprehendat, quae vocibus externis proponuntur, ut
et melius cognoscat obiecti bonitatem, et facilius voluntatem alliciat
in eius amorem, utimur externa locutione, qua nobis ipsis proponimus
rationes, et motiva ad aliquid praestandum. Et licet homo dum secum
ita loquitur immediate proponat obiecti bonitatem, adhuc ea propositio
immediate tendit ad affectum excitandum erga obiectum. Eo pacto
dum aliquem hortamur ad externum aliquid efficiendum immediate
proponimus ei bonitatem operis externi, quamvis immediate contendimus e-
ius voluntatem excitare, quia mediante illa praestandum est opus ex-
ternum.

Notandum 2.º quod non semel utimur eis loquendi formulis
expresso animo, et intentione nos excitandi ad voluntatem internam, et non
ad opus externum, v.g. cum dicimus nobis ipsis: Deum time, quia sic effu-
gies peccata. Deum interius dilige, quia honestum est, vel quia praecipi-
tur a Deo. Mysteriis revelatis assensum praebe etc. Hinc iudico prae-
dictas loquendi formulas ex se non intimare voluntatem internam iam prae-
conceptam, et consequenter ex se non esse monasticum imperium.

Notandum 3.º
non solum excitari nos eis loquendi modis ad aliquid exercendum, sed e-
tiam ad aliquid omittendum. V.g. ne furteris, ne occidas, etc. Quis autem dicet
tunc dari cognitionem, seu monasticum imperium, quod ex suppositione omissio

nis internae homo excitetur ad externam, cum haec sit omnino necessaria ex suppositione illius. Et quidem ridiculum censeretur politicum imperium, quo superior subditum excitaret ad non currendum ex suppositione, quod careret voluntate currendi, quia ne alio cursus esset summe necessaria, et similiter de monastico imperio. Illinc etiam constat quam vanum, et ineptum sit illud monasticum imperium, quo post intentionem efficacem excitaretur quis ad externum opus, maxime in Deo, cuius efficax voluntas nequit non impleri

Notandum 2° quod licet assignando prae conceptam sit voluntas adhuc in praefatis verbis non continetur insinuationis vel intimationem illius, sed ita secum hominem loqui, ne desistat a voluntate praeconcepta, maxime si denovo difficultates occurrant in sui obiecti exequutione, tunc enim opus habet nova excitatione ne voluntatem antiquam deponat. Haec autem excitatio fit proponendo sibi fortius et vehementius eam bonitatem, quae relucet in obiecto vel in eo quod continuet actum semel conceptum. Solet etiam sic excitari, ut ferventius vel efficacius amet obiectum, quod tepide, vel inefficaciter incepit amare.

Denique omitto alia Scripturae testimonia, quibus probari videtur in Deo monasticum imperium, ut quando Deus dixit fiat lux, et facta est Lux. Faciamus hominem etc. Nam in his, et aliis locis tantum exprimitur imperium voluntatis, non intellectus, cum idem sit Deum dixisse, ac efficaciter voluisse, ut omnes interpretes et PP. exponunt. Praeterea quod admisso imperio non probatur adhuc in eo consistere praedestinationem, cum plura dentur in Deo, quae sine dubio praedestinationem non constituunt.

De actioni Divinae voluntatis quire periuntur in praedestinatione. § 1

Statuitur prima conclusio Caps 1.

Egimus hucusque de actibus intellectus Divini; satisque expendimus an et qua ratione concurrant ad praedestinationem, qua de facto Deus hominem ad gloriam sempiternam gratiae perducit, nam ut saepe monui, totus huius tractatus labor maxime incumbit in explicanda praedestinatione de facto existente, licet obiter etiam aliqua notemus circa modos alios quibus Deus potuit creaturas praedestinare. Jam ergo ad explicandos actus Divinae voluntatis, qui reperiuntur in praedestinatione nostra, gradum facimus.

Et in primis duo noto. Primo in praesenti non rogari, quinam ex his actibus praedestinationem essentialiter constituant. De hoc enim postea. Sed quinam actus interveniant in Divina Voluntate de facto, quando Deus praedestinat. Solent enim ad rem aliquam plura concurrere, quae tamen de illius essentia non sunt.

Noto secundum. Absque dubio, quando Deus praedestinat, actum aliquem liberum suae Voluntatis intervenire. Ratio est, nam praedestinatio est libera Deo: sed nequit esse libera nisi ratione alicuius actus liberi Divinae Voluntatis. Ergo quando Deus praedestinat intervenit saltem aliquis actus liber Divinae Voluntatis. Dixi saltem aliquis. nam mox definiemus an concurrat unicus solum actus, vel plures.

Statuo igitur I. Quando Deus praedestinat, necessario habet Voluntatem conferendi gloriam. Ratio mihi certa est, quia non potest dari praedestinatio, quin detur re ipsa gloria: nequit re ipsa dari gloria, quin Deus velit illam dare. nequit ergo dari praedestinatio, quin Deus habeat Voluntatem conferendi gloriam. Consequentia patet. Maior est certa quia praedestinatio connectitur infallibiliter cum gloria. Minor probatur. Nequit recipi a nobis effectus quem Deus causat nisi Deus habeat Voluntatem illum ponendi. Sed conferre gloriam praedestinato est effectus, quem Deus causat, ergo etc. Maior patet, quia Deus non aliter operatur, nisi per intellectum, et Voluntatem. ibi contra [illegible] ... disp. 5. de praedest. ... num. 6 ... videtur satis esse, quod sit actus sui complacentiae suae tantum et affectus. immo ex parte gloriam. Advertas saltem esse necessarium ut sit conditionata voluntas Dei. ...

ad conferendam gloriam, sine ista deus.

Rao e: nam stante praedestinatione conferetur re ipsa gloria. Ergo datur in Deo sufficiens voluntas ad eam conferendam: at simplex complacentia non est sufficiens, quia tantum ex sua ratione formali complacet in obiecto, neque tamen aut energiam habet ad illud reducendum. Ergo etc.

Adverto deinde praedictam voluntatem conferendi gloriam esse liberam Deo. Rao est, quia potuit Deus non decernere conferre gloriam, et libere decrevit eam dare.

Proponitur secunda conclusio Cap. I

Ratio I.o Quando Deus praedestinat, habere debet liberam voluntatem circa omne id, quo deficiente non dabitur in re gloria. Patet, nam quando Deus praedestinat re ipsa datur gloria. Ergo re ipsa datur quidquid opus est ut conferatur gloria. Ergo dari debet in Deo voluntas circa omne id, quo deficiente non dabitur gloria. Patet quia sine voluntate Dei, non dabitur id quod est necessarium ad gloriam.

Unde colligitur I.o quod stante praedestinatione dari debet in Deo voluntas producendi subiectum praedestinatum, quia ipso non existente non dabitur gloria. Debet etiam dari voluntas ei conferendi gratiam finalem, quia dubium sit an haec voluntas absoluta, vel conditionata sit. Rao eadem est, quia nulli sive adulto sive parvulo confertur de facto gloria, nisi habeat gratiam finalem.

Colligitur 2.o cum adultorum praedestinatione stare simul debere voluntatem Dei conferentem auxilia ad supernaturales actus. Item voluntatem concurrendi simul ad efficiendos eos actus, ac denique voluntatem contribuendi illum in actu primo proximo, ut libere operetur. Rao e manifesta nam adultis non confertur de facto gloria nisi praecedentibus meritis. Sed ut merita praecedant, opus est, ut Deus media sua voluntate conferat auxilia cetera quae gratias omnino requisitas ad supernaturales actus, item ut medio

concursu simultaneo iuvet ad eorum productionem ac demum, ut reddat [illegible] 35
sui constitutivus proxime potens in actu 2°. Quia sine libertate, quae consistit in hac potentia proxima, non dantur merita, ergo circa haec omnia dari debet voluntas in Deo praedestinante.

Colligitur 3° cum salutem eorum praedestinatione stare simul debere voluntatem divinam quod ei conferatur [illegible]. Ratio est quia salutem non consequitur adultus [illegible] sine [illegible]. Praeterea cum merita Christi iuxta divinae [illegible] exigantur, ut salutem in hac providentia [illegible] obtineas, [illegible] cum eorum praedestinatione coniungatur voluntas Dei circa merita Christi, et circa ea omnia, sine quibus haec merita dari non possunt.

Ultra has voluntates numerari communiter solet alia, qua Deus intendit suam gloriam in praedestinatione, quae praedestinatio consequenter erit medium respectu huius intentionis de divina gloria, et simul finis respectu harum volitionum, quibus Deus ex intentione gloriae creatae confert auxilia, neque enim repugnat, ut idem actus voluntatis respectu diversorum sit intentio et electio.

Quinam actus divinae voluntatis constituant essentialiter praedestinationem. § 3.

Solvitur difficultas. Casus 1um

Omnes actus divinae voluntatis quos in praecedenti § numeravimus, et in praedestinatione concurrere diximus, ad duo capita revocari possunt [illegible] ad intentionem gloriae, quae finis est, in quem [illegible] creatura [illegible], [illegible] ad electionem mediorum quibus obtinenda est [illegible] voluntas qua Deus propriam gloriam extrinsecam [illegible] concurrit, non est de ratione praedestinationis, sed [illegible] qua Deus ad extra operatur. [illegible] specialiter

de illa dicendum.

Praedictos igitur actus intentionis, et electionis diximus esse necessarios ad praedestinationem, quia de facto Deus gloriam ex meritis confert. Vlterius autem in praesenti rogamus, an illa necessario requirantur ut praedestinationem essentialiter constituant. Aliud enim est, quod requiratur tanquam constitutivum requiratur, quam quod praecisse requiratur, cum certum sit plura requiri, quae tamen constitutiva non sunt, ut saepe iam notavimus.

In hac difficultate asserit 1.a sententia praedestinationem essentialiter includere voluntatem conferendi gloriam, et voluntates etiam quae terminantur ad omnia, vel aliqua media, quibus praedestinatus consequitur gloriam. Ita P. Suarez lib. 1 de praedestinatione cap. 17 n.o 15 Pater Herice disp. 22 cap. 7 num. 65 P. Arriaga disp. 33 de praedestinatione sect. 2 num. 9. et communis est inter eos DD. qui non in solo intellectu praedestinationem constituunt.

Est autem inter hos DD. non modica lis an voluntas creandi praedestinatum essentialiter claudatur in conceptu praedestinationis. Nam P. Herice disp. 2[?] n.o 25 et disp. 22 num. 53 et 55 censet voluntatem creandi subiectum praedestinatum non includi, sed praesupponi ad praedestinationem; at P. Suarez cap. 10 a num. 12 late contendit oppositum, et in hoc praecipue discriminat Providentiam, et Praedestinationem, quod Providentia supponat ordine rationis voluntatem creandi subiectum, et consequenter futuritionem ipsius met subiecti, cui providentur media; Praedestinatio vero neque subiectum praedestinatum, neque voluntatem illud producendi supponat, sed etiam immediate includat voluntatem creandi subiectum, et illud beatificandi.

2.a Sententia docet, praedestinationem includere solum unam voluntatem, quae tendit in media, non autem solam, quae circa finem gloriae versatur. Ita P. Vazquez tomo 1.o in 1. p. disp. 8[?]

cap. 3 num. 14. quem sequuntur aliqui RR.

3.a Sententia tertia in praedestinatione solum includi voluntatem conferendi gloriam, non autem conferendi media, sic omnes, qui praedestinationem constituunt, post praevisa merita, & quia stem [illegible] nulla alia voluntas reperitur in Deo, nisi quia visis meritis decrevit conferre gloriam, cum omnes aliae voluntates quae terminantur ad media supponantur extitisse ante scientiam meritorum. Hos AA. adducam infra.

In hac opinionum varietate sit nostra conclusio. Sola voluntas, quae terminatur ad gloriam includitur essentialiter in praedestinatione. Duplicem partem continet haec conclusio. Prima quod voluntas dandi gloriam includatur in praedestinatione. Secundam, quod voluntas de mediis excludatur a praedestinatione. Utramque ex nostris principiis manifeste convinco hac unica ratione.

Praedestinatio qua de facto Deus rationalem creaturam dirigit in gloriam propter merita, praecisse consistit in eo conmunicso, quod resultat ex voluntate conditionata dandi gloriam, si merita dentur, & ex scientia visionis de meritis, & gratia [illegible]: sed praedictum communicsum essentialiter includit solam voluntatem dandi gloriam, & praedestinatio de facto praecisse includit voluntatem dandi gloriam, & [illegible] aliam [illegible] media reperitur excludit. Totus [illegible] patet.

Ex [illegible] vero deducitur quod [illegible] vel [illegible] contineat qualibet ex sententiis relatis. Deducitur etiam nostram resolutionem ex nostris caute exponari posse, vel quia praecise voluntatem dandi gloriam praedestinatione non includat, vel quod in eadem debeat etiam includi voluntas erga media. Argumenta [illegible] dandi[illegible] nemo.

Praedestinationum divisio [illegible]

xxi [illegible] contra

positivam partem nostrae conclusionis, qua statuimus voluntatem dandi gloriam includi formaliter, et essentialiter in praedestinatione. Sic Arguitur. Voluntas conditionata dandi gloriam est prior praedestinatione. Ergo non constituit praedestinationem. Consequentia legitima, nam quod antecedit aliud non constituit illud, ideoque causa non constituit effectum, et cognitio amorem. Ant. vero probatur, nam ea voluntas conditionata non pendet a praedestinatione, sed praedestinatio pendet a voluntate. Quare bene valet a praedestinatione ad voluntatem, et non e contra. Ergo prior est voluntas, quam praedestinatio.

Respondetur dupliciter posse rem ad aliam supponi, vel quia praecedit ad omnia eius constitutiva, vel quia solum praesupponitur ad ultimum gradum, quo constituitur in esse talis. Primo modo causa praecedit effectum et cognitio supponitur ad amorem. Secundo modo praecedit animal hominem et materia prima compositum substantiale, quatenus animal praecedit rationale, et materia supponitur ad formam.

Ad argumentum concesso ant., nego consequentiam; quia voluntas conditionata non praecedit omnia constitutiva praedestinationis, sed solum scientiam visionis, aut partialem, et ultimum constitutivum illius est. Unde bene potest, imo debet ea voluntas constituere praedestinationem, sicut animal constituit hominem, et materia compositum. Alia ratio est de causa, et cognitione, nam causa praecedit omnia constitutiva effectus; et cognitio omnia constitutiva amoris, ideoque non possunt ea constituere ad quod supponunt.

Obiicies secundo. Voluntas dandi gloriam inclusa in praedestinatione debet habere verum illatum gloriae; sed talem verum non habet ea voluntas conditionata. Ergo non includitur in praedestinatione. Minor patet, nam re non reprobi datur ea voluntas conditionata, neque tamen ibi datur gloria. Minor ergo

Habet ea voluntas vim inferendi gloriam. Maior probatur quia praedestinatio vim habet illativam gloriae. 37

Respondeo negando maiorem. Quia non requiritur ut pars praedestinationis vim habeat illativam gloriae, sed sufficit, quod toti praedestinationi conveniat ea vis, et energia. Neque dicas ea vim convenire non posse toti, quin eius partibus conveniat. Id enim verum est de partibus collective, quae sunt ipsummet totum, non autem de partibus divisive, quae realiter distinguuntur a toto. Patet hoc in argumentatione syllogistica, ubi et ambae simul praemissae inferunt infallibiliter consequens, neutra divisive, satis constitutae vim habet illud inferendi. Voluntas ergo conditionata simul cum scientia visionis infert gloriam, et neque voluntas, neque scientia seorsum inferat illam.

Dicies 3. Haec voluntas conditionata communis est praedestinatis, et reprobis, ergo non potius est praedestinatis, quam reprobis. Ergo non constituit praedestinationem. Consequentia probatur, quia per hanc voluntatem Deus vult omnes homines etiam reprobos salvos fieri, ut inquit Divus Paulus, et exponemus infra.

Respondeo concesso antecedenti et consequentia, negando secunda quia respectu praedestinati datur aliquid in Deo nimirum scientia visionis cum gratia finali, cum quo voluntas illa constituit praedestinationem, at respectu reprobi nil invenit cum quo praedestinationem constituat, quia ibi illum vidit habet Deus cum scientia visionis definiti peccato.

Deinde praesens argumentum est invincibile. Species est communis homini, et bruto. Ergo non potius est homini, quam bruto. Ergo non constituit hominem. Unde sicut hic ultima consequentia negari debet absolute, eo quod non ad hominem constituit, debeat esse peculiare illius, sed potius esse commune, sic in praedestinatione vire

Requirit, ut quae eo constituit sit proprium praedestinati, id est aliquid positum esse toto reprobo, seu non praedestinato. Quare non sufficit voluntas non discriminans praedestinatum a reprobo, sed voluntas conditionalis gratiae finalis per quam ultimo completur praedestinatio.

Caetera Argumenta.

Caput 3.

Contra secundam autem, et negativam praecedentis conclusionis partem, qua excludimus a conceptu praedestinationis omnes alias voluntates, quae versantur circa media, vel quasi media: sic dices primo. Id constituit praedestinationem, quo praecise ablato, quamvis caetera perseverent, non datur destinatio, neque praeordinatio infallibilis ad gloriam: sed praecise ablata voluntate circa media, quamvis caetera perseverent, non datur destinatio, neque infallibilis praeordinatio ad gloriam; ergo etc. Minor mihi certissima probatur ... perseveret conditionata voluntas de ferenda gloria, non datur destinatio, neque infallibilis praeordinatio illius ad gloriam, quia deesset voluntas conferendi rebus media ... sicut ... praedestinatus. Hoc solo argumento probari ... conditionatam esse constitutivum praedestinationis ... voluntas ... constitutiva praedestinationis, quando ... media, quae praecise ... voluntas ...

Deinde nego maiorem, nego minorem.

... non deesset ... reprobo destinatio ... quae alter praedestinatio, a deficit ea voluntas circa media, sed quia deficit ... conditionis de merendi finali. Unde si ... eam voluntatem deficere, caeteraque perseverare, manebit destinatio, et infallibilis praeordinatio ad gloriam.

Unde secundo anti[...], negandae consequentia, cuius probatio distinguenda est. Nam omitto, quod [...] Deus inevitabiliter necessitaret ad auxilium efficax operationis, argueret ipsum efficaciter intendere operationem. At nego Deum ex intentione operationis determinari necessario, et suabiter allicitur ad conferendum efficax auxilium. Probo nam imprimis Deus equaliter intendit operationes honestas, quae reipsa dant et quae non dant, ut ex sacra scriptura constat: at ex intentione illarum, quae reipsa non dant, non necessitatur ad auxilia efficacia conferenda, siquidem illa reipsa non confert. Ergo neque determinatur ex intentione illarum, quae reipsa dant, ad auxilia efficacia conferenda. Sequitur [...] uersimode Deus intenderet utrumque generis operationes.

Deinde. Sicut ex intentione inefficaci potest determinari Deus ad hoc, vel illud medium inefficax, ita determinari potest ad medium efficax vel inefficax, nam utrumque proportionem habet cum fine. Praeterea sicut ex intentione inefficaci non determinatur necessario Deus ad hoc singulare medium inefficax, quia sufficit aliud, ita non determinatur infallibiliter ad medium efficax determinate, neque ad medium inefficax determinate, nam quodlibet prosequendo fine sufficiens est. Et licet verum sit, quod ex intentione praesupposita, sive absoluta, sive conditionata Deus teneatur elligere medium, in quod sit potius hoc, quam illud, eius liberae voluntati relinquitur. Ergo potest optime Deus ad medium allici, quin ad illud determinate cogatur.

Hinc igitur ante istam intentionem operationis existente de facto, tamen esse efficacem, licet ex illa Deus conferat efficax auxilium, quod tamen non necessitat ad tale determinate medium, etsi necessitet ad aliquod sub disiunctione. Ergo cum hac intentione operationis attenta Scientia Dei, se potest coniungi medium efficax, vel inefficax, et consequenter finis, vel eius negatio. Ergo talis intentio non est efficax. Patet, ut esset efficax opus erat, quod non esset coniungibilis cum negatione finis.

Dices. Videtur difficile, quod ex fine inefficaciter praeintento Deus alliciat ad efficacis medii electionem. Quia finis est ratio elligendi medium. Ergo si finis intentio sit inefficax, electio debet etiam esse inefficax, hoc est, cum medium inefficax, ut sic debita proportio servetur inter intentionem, et electionem.

Respondeo negando assumptum, ut patet innumeris exemplis. Enim bonitas creaturae possibilis, quae simplici complacentia est ratio Dei alliciens, ut ad libere liberam determinationem, vel inefficaciter illam producere: finis etiam, ut inefficaciter praeintentus est ratio, quod efficaciter ametur. Ut patet in adversariorum sententia, qui dicunt ex intentione inefficaci gloriae Dei, procedi ad amandum efficaciter istam. Item bonitas creaturae, ut amans simplici complacentia est ratio movens, et alliciens; licet non omnino determinans, ut efficaciter Deus velit eam producere. Denique gloria, quae ut inefficaciter amata Petro est ratio movens ad electionem efficacis, et absoluti auxiliorum, quod stat optime, quod ab hoc, ut inefficaciter praeintentum sit ratio movens, et alliciens Divinae voluntatem ad actum efficacem. Ergo ex hac parte non obstabit

quod effectio efficax, sive medii efficacis oriatur ex intentione inefficaci, sed quomodo non oriatur ex necessitate. Ratio a priori est, quoniam in hoc tranciu in exactu inefficaci nulla est implicatio. Unde non requirit ea portio, quam intendit argumentum

Alterum Dubium decidit.

Caput 12.

Rogas. An de facto Deus non solum velit auxilium efficax, sed etiam qua efficax? Hanc difficultatem excito propter argumentum, cui maxime fidere video RR. ut probent de facto prefiniri nostras actiones efficaciter. Illud autem ita se habet.

De facto Deus nobis confert auxilium efficax, idest, ut efficax ad operationem: at voluntas conferendi auxilium, ut efficax ad operationem oriri debet ab intentione efficaci operationis, ergo de facto datur operationis intentio. Propter hoc argumentum aliqui RR. e nostris movent, ut dicant omnes actus honestos maxime supernaturales efficaciter de facto praefiniri, quod ultro resignare videntur dicant, quod auxilium, ut efficax eligatur ad operationem, et quod operatio non praesupponatur efficaciter intenta.

Ego censeo multipliciter intelligi posse, Deum conferre auxilium efficax, ut efficax. Primo quatenus confert auxilium, quod videt sortiturum effectum. Et in hoc sensu non affert intentio absoluta, sed ad summum conditionata effectus, licet afferat necessario sua conditionata, qua Deus praevideat effectum ponendum sub auxilio, si detur. Ita solet elicere actum voluntate, dum peccat amare malum, ut malum, quia non carens est, ut malum formaliter amet, sed sub cognitione quod malum sit, neque in ideo intendimus, quod malitia intendat, quin potius eam ab obiecto separaret, si posset sibi esset. Hanc explicavi supra dicta, quaestione 9, cap. 7.

Secundo potest in

telligi, Deum efficaciter amare auxilium efficax, ut efficax in actu secundo, quatenus ut amet efficaciter id, quo constituitur efficax in actu secundo, scilicet operatione ipsa, ut actu existentem, quae esse fructus auxilii, ut in actu efficacis, ex materia de auxiliis suppono. Et in hoc sensu non est dubium, quod amor efficax auxilii, ut efficacis, sit etiam amor efficax operationis, ut actualiter existentis. Nego tamen consequenter ad priora iacta, Deum amare auxilium efficax, ut efficax in hoc sensu, quia non amat efficaciter operationem ut existentem.

Cum hoc vero stat, quod absolute Deus amet auxilium, ut efficax in actu secundo. Ratio est, nam absolute Deus amat auxilium, et operationem: diversimode tamen; quia efficaciter amat auxilium secundum se, at operationem, qua constituitur efficax in actu secundo non amat efficaciter sed inefficaciter.

3 quando dicimus Deum amare auxilium, ut efficax ~~in actu secundo~~ potest esse sermo de efficacia in actu primo, quod provenit ex coniunctione auxilii cum scientia conditionata de operatione, sub hypotesi, quod auxilium det, ut plures volunt, vel ex coniunctione auxilii cum futuritione conditionata, ut non nulli opinantur, nam AA. Societatis in hac parte divisi sunt, aliqui mihi contenaunt efficaciam in actu primo constitui per futuritionem conditionatam, licet celeberrimi alii doceant non nisi per scientiam constitui. Invenitur autem inter omnes ad futuritionem absolutam requiri suppositum constitutam efficaciam auxilii in actu primo, et consequenter neque partialiter constitui per futuritionem absolutam.

Ex quo satis efficaciter infero, quod amor efficax auxilii ut in actu

p. efficaci, non attingit futuritionem absolutam operis; sed semper sic consistit in eo coniuncto, quod resultat ex auxilio, ut tunc re existente, et ex scientia, vel futuritione conditionata, quae hactenus componunt praecise efficaciam auxilii in actu primo. Et sic verum dicit, quod posito eo coniuncto Dei infallibiliter operatio absolute futura, in ad summum tunc virtualem amorem formalem huius coniuncti virtualem esse rei seu futuritionem absolutam, nam ex eo quod unum obiectum deducat infallibiliter ex aliis non infert, quod amor unius sit formalis, sed ad summum virtualis amor alterius.

Neque itaque amor efficax auxilii, ut in actu primo efficacis necessario habet annexam intentionem efficacem operis, sed ab inefficaci potest oriri: da m., quod inefficaciter Deus intenderet actum charitatis. Ex hac intentione, moveri potest, ut efficaciter velit auxilium, quod videt infallibiliter sortiturum effectum ex coniunctione cum scientia, vel futuritione conditionata quam longe intentio non petit, nec inferat hoc ex ratione medii, ut sit in ad illud, ut supra dicebam.

Dices. In oppositum stat illud axioma commune propter quod unumquodque tale, et illud magis, nam si medium, ut efficax amat efficaciter propter finem a fortiori debet efficaciter amari finis. Argumentum retorqueo. Nam in reprobis efficaciter Deus amat auxilia sufficientia eorum physicas entitates, ut ex illis gloriam obtineant. Et tamen hic efficax auxiliorum amor non oritur ex efficaci intentione gloriae, quam Deus erga reprobos habeat, ut omnes fatentur, ergo etc.

Respondeo ergo sensum illius axiomatis non esse, quod si medium efficaciter amat, debeat a fortiori finis efficaciter amari. Cum oppositum

Ipsi [illegible] aperte constet. Sed quod magis apreciatur ille debet amari finis, quam medium, quod sic animus est dispositus, ut si necessarium esset finem, aut medium desererere potius omitteret medium, quam finem.

An Voluntas Vocandi predestinatum sit beneficium. Caput 13.

Secundo hic rogare solent theologi primum, an Voluntas conferens auxilia congrua predestinato sit beneficium? Utrumque breuiter discutiemus. Primum in presenti capite, secundum in subsequenti.

Iam ergo statuo, Voluntatem qua Deus cuique predestinato confert auxilia efficacia, quae re ipsa consequuntur gloriam, esse beneficium. Probatur, quia habet omnes conditiones, quas exigere solent philosophi morales. Prima, quod per illa detur res utilis accipienti beneficium. Secunda quod sponte detur non coacte. 3 quod beneficiato illato super adueniat gaudium, et complacentia conferentis. 4a quod ex intentione fiat, ut in accipientis voluntate cedat. 5, quod sit indebitum, nam qui debitum reddit beneficium non facit, cum hoc ex sua ratione formali petat esse gratiosum, et liberale. Sic ergo sic argumentor.

Omnes istae conditiones illi voluntati conveniunt, Ergo beneficium est; consequentia patet, antecedens probatur: nam imprimis auxilia efficacia, quae per illam voluntatem dantur cedunt in utilitatem accipientis. Cum quae per illa determinant infallibiliter ut bene operetur, ut in gratia decedat, et ut gloriam consequatur! cum quae per illa deuitat infallibiliter aeternam damnationem. Secundo. Sponte Deus offert auxilia efficacia, cum potuerit optime, supposita etiam intentione gloriae, inefficacia dare, sicut de facto dat homini reprobo. Tertio, Deus complacet in eis auxiliis, et in qualitate

quę hent rei suę operados, et glorię. 4. Deus probet hęc auxilia ex inten, q cedant,
in utilitatę aut pientis, nq intendit, q ex illis bene
uia in fine operet, et inde gratię et glorię obtineat.
5. deniq dant oino liberaliter, q merita neq precedunt
exp de hois, neque intentio glorię, quę supponit in deo
liberateu ad auxilia efficacia oferenda, cu inefficacia
sufficerent, q natia rebo dant.

Dices. Ex eo q Deus hoez
elevarit ad supnale fine tenet, ut supnalis author, ei
offerre auxilia, qa predictu fine obtineat. Ergo volun
tas offerens hęc auxilia debet et sequenter n e libera
lis, nec prię benefica. Resp dist ant. tenet dare auxi
lia efficacia. Nego sufficentia, cedo. Inde Voluntas, quę
ofert efficacię summe liberalis e. Et quidę respoit
etg Deus elevavit ad supnale Beatitudinis fine, neq
tn ei ofert auxilia efficacia. Nergo tenet Deus ex hac
elev. hoe dare auxilia efficacia.

Instas. ante Volun
tate offerendi predestinatis auxilia dant merita
sditionate futura, cognita p scia media. Ergo talis
Voluntas debet in premiu sorū meritorū, et sequenter
n e liberalis, neq ret raoe beneficii. Resp sesso ant
negando sqa, q merita sditionate futura n sunt ab
sute merita, neq movent ad premiu reipsa oferendu,
sa ad summu eent merita, moverent q si poneret ea sdi
tio sub qua existerent.

Et quidę in reprobis etiā dant
merita finalia sditionate futura, q deus cognoscit, qua
si darent eis auxilia diversa ab eis, quę de-actu dant,
haberent merita finalia, moverentq Deu, ut istis glorię ofe
rret; neq tn ideo hent absute merita finalia, quę
Deu actualiter moveant. Itę in premiu eoru meri

C.. meritorum, quae Deus cognoscit ut conditio-
nate futura, non tenet habere voluntatem conferentem
auxilia efficacia, siquidem eam de facto non habet. Ergo
voluntas conferens praedestinatis haec auxilia non debet
in praemium eorum meritorum, quae praecognoscuntur ut conditio-
nate futura. Patet a Regis. tam praedestinatis, quam re-
probis deberet eiusmodi voluntas. Ratio a priori est, quia sicut
res absolute non existit eo quod existat conditionate, sic
absolute non dat meritum eo quod det conditionate, sed requi-
ritur, ut existat absolute, nam per suam realem existentiam exer-
cet vim meritoriam, quam habet l. Idem est in demerito, quia
haec non conceditur nisi dum actualiter existit alioquin de-
beret Deus vel saltem posset omnes homines, et Angelos exis-
tentes, et soles praemiaret simul et puniret, nam de
omnibus, et singulis cognoscit operaturos bene, si ha-
berent haec auxilia, male vero si reciperent alia.
Consequentia quia videt in omnibus merita simul et demerita.
Ex his autem constat,
falsitas Thomistas asserentes scientiam conditionatam pugnare
cum ratione beneficii, quam sine dubio habet auxilium
et voluntas illud conferendi. Cum potius adde.
Magis augeri beneficium ex scientia conditionata: nam eo
beneficium maius est, quo cognoscit magis profuturum.
Ergo cum Deus per scientiam conditionatam videat auxilium omnino
profuturum, quia videt eius effectum secuturum, eo quod
tribuit non dando ut hoc vel ut quod reipsa habuit, inde
potius crescit ratio beneficii tam in auxilio, quam in
voluntate illud conferente.
Imo a Thomistas ad hoc
argumentor: Nam antequam Deus praemotionem immi-
ttat, cognoscit per scientiam suam, quod si det illud auxilium

Ex inst[r]ica sua nãa debit infalibili co[o]perao[n]e; et in hac scia, quã nullus e Thomistis negat, n[on] destruit, sed potius auget, ut fatent[ur] ipsi, ratione beneficii in pr[a]emotione, et in voluntate [con]ferente illã, quae pr[a]emotio n[on] debet in pr[a]emium illius [con]ditionate futuritionis. Et scia, quae [pr]ocedit potius ad beneficium iubat, quã [con]ditiõ Deus cognoscit [pr]aemotione [con]futura. Ideo ergo nos docemus

Voluntas Volandi pr[a]edestinatis
e[st] speciale beneficium.
Caput 14.

Probat haec solutio, nam illud e[st] speciale beneficium respon pr[a]edestinati, quod fit cuiq[ue] pr[a]edestinato, nullig[ue] n[on] pr[a]edestinato fit: Ita se habet ea voluntas. ergo etc. Probat minor. Hoc ipso quod q[ui]s est pr[a]edestinatus accipit auxilia efficacia ut gloriã obtineat. Ergo hoc ipso trat Voluntatem Divinam ei [con]ferentem auxilia efficacia. Deus ergo habet voluntatem [con]ferentem cuique pr[a]edestinato auxilia efficacia. Deinde n[on] pr[a]edestinatus n[on] accipit a Deo auxilia efficacia quo gloriam obtineat, seuus obtineret illã, et pr[a]edestinatus esset [con]tra suppositum. Ergo Deus n[on] habet voluntatem [con]ferendi auxilia illis eo ipso quod pr[a]edestinatus n[on] sit.

Sed dices p[rim]o. Contingere potest, ut auxilia collata reprobo sint frequentiora et validiora, quae pr[a]edestinato collata. Ergo n[on] semper Voluntas [con]ferens auxilia pr[a]edestinato, habet ratione specialis beneficii. Confirmat, quia beneficium crescit ex maa, quae donat. Ergo cum auxilia donata reprobo sunt aliquando nobiliora, quam pr[a]edestinato collata potius aliquando maius beneficium erit Voluntas [con]ferens auxilia reprobo quam pr[a]edestinato.

Respondeo nemo anti, ne

Negando cons. Ad eius probationem, dico, et si beneficium
crescat ex materia, plus tamen unde cresceret, quod conferat
quando videbatur futurum. Unde quamvis materia beneficii
sit exigua, tamen ex eius necessitate, utilitate, caeterisque
circumstantiis ita crescere solet, ut in aestimatione pru
dentum aequet, imo superet aliquando magis physice nobiliore.
Hinc, cum auxilia collata praedestinato dentur adeo quando
videntur futura, collata vero reprobo dentur, quando non sunt
futura, fit, quod auxilia collata praedestinato semper
in aestimatione prudentum plus valeant, quam reprobo collata.
Quidquid sit de materia sua physice considerata. Voluntas ergo
conferens auxilia, sicut et ipsamet auxilia collata prae
destinato semper habent rationem maioris, et specialioris bene
ficii, quam voluntas et auxilia reproborum.

Obiicies secundo.

Ideo voluntas conferens auxilia praedestinatis esset maius
et specialius beneficium, quia esset congrua, id est respectu operationis,
quae sequitur: sed ex hoc capite nequit esse maius, et specia
lius beneficium. Ergo ex nullo. Maior videtur certa.
Minor probatur, nam quod ea voluntas sit congrua pendet
a nostra libertate, qua volumus operari sub conditione
quod ea voluntas, et auxilium daretur: sed quod ex nostra
libertate habemus, non est beneficium, sed fructus, ut ita dicam, in
dustriae nostrae. Ergo ex eo quod voluntas congrua sit non
est specialie beneficium praedestinato collatum. Idem dixero de
auxilio.

Respondeo. concessa maiori, negando minorem. Ad probationem
distinguo maiorem. Pendet a nostra libertate praecise,
nego maiorem. Pendet etiam a divina libertate. concedo
maiorem. Quod, quod voluntas Divina, idem est de auxilio,
congrua sit, duo affert. Primum, quod revera detur. Secundum.

quod coniungatur cum scientia conditionata, qua Deus cognoscat, quod si daret voluntas et auxilium, daret operationem. Primum omitto, quoniam sit beneficium Dei, sed fructus propriae industriae. Nego enim quod actualis existentia voluntatis illius non erit maximum, et speciale beneficium, quia praecognita futuritione conditionata effectus sub illa voluntate, si daret, potuit Deus illum non habere, si alia illi qua efferre vellet auxilium, quoad praecisum est sine effectu; ad reprobum autem non habet Deus voluntatem vocandi, quam cognovit effectum contrarium. Ergo voluntas congrue vocandi beneficium est, et illud quidem speciale non omni reprobo.

Obiicies. Voluntas vocandi praedestinatum nihil aliud habet ex sua ratione formali, quam velle dare vocationem: sed hoc est omnibus reprobis. Ergo nihil speciale habet in praedestinatis. Minor probatur, quia reprobus etiam vocatur, et consequenter Deus habet etiam voluntatem dandi vocationem reprobo.

Respondeo concessa maiori, et minori, distinguendo consequens. Nihil speciale habet ex sua ratione formali, concedo consequentiam. Nihil speciale habet ex superaddita forma, nego consequentiam. Itaque aliud est, an ea voluntas vocandi sit speciale beneficium, aliud an ex intrinseca sua natura sit speciale beneficium? fateor, ex sua natura non esse speciale beneficium, nego tamen absolute non esse, quia ratione scientiae conditionatae, cui coniungitur, id habet. Sicut homo absolute albus est, licet id non habeat ex sua natura, sed ex forma superaddita. Et auxilium efficax denominatur, licet non sit efficax ex natura sua, sed ex coniunctione cum scientia conditionata.

Ubi nota, quod voluntas congrua in ratione voluntatis vocandi non constituitur per aliquid superadditum, quia natura sua habet esse voluntatem vocandi; nihilominus in ratione voluntatis congruae, sicut et in ratione specialis beneficii constituitur ex aliquo superaddito, videlicet ex scientia conditionata

cognoscente

cognoscente, quia videt hec voluntas dabit operationem. Similiter. Ea voluntas vocandi cum sit de se considerata, potest coniungi cum negatione operationis; at ut est gratia, et ut est speciale beneficium, repugnat coniungi cum negatione operationis. Ideo omnino coniungit in auxilio.

An voluntas conferendi gloriam possit esse conditionata?

Quaestio 15.

Exponitur difficultas. Caput 1.

Egimus in quaestione precedenti de natura voluntatis conferentis media. Restat nunc agere de natura voluntatis intendentis finem gloriae. Circa hanc autem intentionem gloriae possunt plura controverti. Primo an possit esse conditionata? Secundo an possit esse absoluta, subsequens ad merita absolute futura? 3 an independenter a conditionata media possit esse efficax, et ante ad merita absolute futura? 4 an possit esse talis, si muneris scientia conditionata? 5 denique qua ratione de facto sit? Opportuit vero hec omnia distincte proponere, quoniam indistincta eorum propositio confusionem parit, ut in authoribus videre est.

Ad has ergo difficultates quae graviores sunt in hac materia premittendum est, quid sit voluntas efficax, et inefficax? quid absoluta et conditionata? Voluntas efficax est, quae connectitur infallibiliter cum obiecto, taliter quod a voluntate ad obiectum sit illatio metaphisice certa, ita ut inde possit obiectum in tali voluntate a Deo cognosci. Inefficax autem voluntas, ut opponitur efficaci, non erit alia nisi quae cum obiecto non connectitur infallibiliter, cum ad illud et eius negationem indifferens est. In ea non est aptum medium, ut in illa certo Deus cognoscat obiectum.

Voluntas absoluta

q̃ ie inde pendenter a cognitione vult Deus; conditionata vero quæ tendit in obiectum dependenter a conditione. Hinc infert quod recentiores aliter sentiant, non esse idem voluntatem efficacem, et absolutam, neque inefficacem, et conditionatam. Probo primam partem, quia stat optime voluntatem esse efficacem, et non absolutam, vel esse absolutam et non efficacem: Illa enim voluntas, qua Deus aliquid decerneret sub conditione non necessaria, quæ vel ex se necessaria esset, vel quia vi talis voluntatis necessario ponenda, esset efficax, et non absoluta. efficax, quia connecteret cum obiecto; non absoluta quia tenderet in illud sub conditione: non enim agnosco repugnantiam in eo quod velit Deus angelum producere si homo sit positus, vel si homo reipsa det, efficiendo tamen, ut homo reipsa det, quin cum eius negatione coniungi possit ea voluntas.

Deinde. Potest esse voluntas absoluta, quin sit efficax: etenim ut in physica docui, voluntas iuvandi creaturas ad actus liberos, est absoluta, sed non efficax: loquor enim de voluntate, qua Deus offert simultaneum concursum ad primum actum, quem elicit homo cum libertate. Voluntas hæc est absoluta quia non offert concursum dependenter ab aliqua prævisa conditione, cum nullus actus liber ante primum procedere possit, qui se habeat, ut conditio ad primum efficiendum. Ergo talis voluntas est absoluta, non conditionata. Rursus non est efficax, quia destrueret operis libertatem si illud inferret. Ergo potest esse voluntas absoluta, quin sit efficax.

Probo iam secundam partem, videlicet non esse idem voluntatem inefficacem, et conditionatam. Quia stat optime, voluntatem inefficacem esse, quin sit conditionata, ut patet in decreto iuvandi creaturas ad actus liberos, de quo dicebam modo. Potest insuper voluntas esse conditionata quin sit efficax, ut constat ex voluntate producendi Angelum, de qua paulo ante loquebar. Quia in frequenter a Doctoribus pro eodem usurpari solet voluntas efficax, et absoluta, voluntas inefficax, et conditionata, nos sicut cum paucis sentiamus cum omnibus loquemur, nisi ubi forte distinctione opus fuerit.

Hic ergo notatur: quod in primis majorum [illegible] voluntas conferendi gloriam, debet esse absoluta, quae praecedat, quae subsequatur ad praescientiam absolutam meritorum, vel conditionata sufficiat, ut quando Deus antecedenter ad praevisionem absolutam meritorum conditionate vellet gloriam dare propter merita, si merita dentur. Nego ad utramque partem supponere solent quam in controversiam adducere solent [illegible]; nam licet plerique indicent voluntatem efficacem antecedentem ad scientiam visionis demeritorum non esse necessariam, ut conferatur gloria, tamen supponere videntur aliquam voluntatem efficacem esse necessariam, quae quidem praecedat quaeque subsequatur ad merita. Voluntas ergo conditionata [illegible] DD. in [illegible] [illegible]. [illegible] autem defendit ab aliquibus RR. [illegible] [illegible] statuo:

Ad gloriam conferendam sufficit conditionata voluntas. Caput secundum.

Probatur primo haec conclusio, nam ideo requireretur aliqua voluntas absoluta, quia sine illa stare non posset praedestinatio: sed hoc est falsum, ergo etc. Major est adversariorum fundamentum, et doctrina. Minor explicatur in tota hac materia constat ubi saepe dictum est efficaciter probatum est, praedestinationem non includere voluntatem absolutam, sed conditionatam [illegible] vero [illegible] patet ex se.

[illegible] voluntas sufficit ad conferendam gloriam, quae sufficit ad constituendam praedestinationem: voluntas conditionata sufficit ad constituendam praedestinationem, ut explicatum est. Ergo sufficit ad conferendam gloriam. Major patet, quia

quo ex praedestinatio confert gloriam, et consequenter non potest intelligi constituta nisi per voluntatem, quae sufficiat conferre gloriam.

Urget praeterea.

Nam ideo requireretur ex parte Dei voluntas absoluta, quia sine illa non daretur aliquid in Deo vicinius et infallibile, hoc est cum quo sequitur gloria: hoc est falsum ergo etc. Minor probatur, quia sine voluntate absoluta datur illud scilicet ex voluntate conditionata gloriae, et absoluta scientia demeritorum in quo diximus consistere praedestinationem, et a quo deducitur infallibiliter consecutio gloriae.

Probatur secundo, quia Deus habere potest, immo de facto habet voluntatem conditionatam conferendi gloriam, si merita dentur: at haec voluntas conditionata sufficit ad conferendam gloriam. Ergo non requiritur absoluta. Consequentia patet. Maior est certa, et magis infra constabit. Minor probatur, quia cum sit voluntas si merita dentur eo ipso quod merita dentur conferet gloriam. Alioqui frustrabitur.

Confirmatur quia

Potest decernere Deus iuvare creaturam ad actionem externam, si creat internam voluntatem illam exercendi. Quod si videatur internam voluntatem creatura, statim Deus vi huius decreti conditionati concursum impendet ad externam actionem, quia voluntas conditionata non est sine conditione ponitur, et exequitur suum obiectum. Ergo similiter dicendum de voluntate conferendi gloriam, si merita dentur. Confirmo praeterea nam si nos conditionate decernimus obiectum, et illud exequimur conditione purificata. Ergo similiter Deus, cuius voluntas non minus, sed magis efficax.

Neque dicas, purificata conditione debere Deum novam voluntatem absolutam exequentem illud habere, quod conditionate praeamaverat. Contra enim est quia sicut voluntas conditionata simul cum purificatione conditionis determinat voluntatem divinam ad novum illum actum internum cur determinare non poterit ipsa

Ad externa executione obti. Preterquam quod in nobis experimur voluntate condicionata, et non absoluta, ant sub sequatur ad purificatione conditionis, ergo voluntas condicionata precise datur in nobis, et sufficienter exequitur suum obiectum. Ergo a fortiori dicendum de voluntate condicionata Dei. Verum de hoc latius infra cum sermo erit, de voluntate antecedente, et exequente.

Ex dictis vero colligitur.

Ad conferenda gloriam non esse necessaria voluntate absoluta, que precedat, vel subsequatur existentia absolutam meritorum, ut communiter Doctores oppinant. Quia sicut voluntas condicionata, seclusa qualibet absoluta.

Argumenta soluta.
Caput 3.

Dices primo. Gloria reipsa conferenda tamquam remunus, et corona petitur ex parte Dei voluntate efficaci ante cedente ad scientiam visionis demeritis, ergo non sufficit condicionata voluntas. Patet consequentia. Probatur antecedens, quia petitur ea voluntate, quam de facto Deus habet, ea non est condicionata, sed absoluta, per accidens ad existentia absolutam meritorum ergo etc.

Respondetur, negando antecedens. Ad probationem omissa maiori, que facile negari potest, negando minorem, quia gloria de facto non est absoluta, sed condicionata, ut infra dicetur.

Et quidem hoc argumentum intendit rem apud me falsissimam, videlicet ex indigentia glorie conferende requiri voluntate absolutam ex parte Dei, que precedat existentia, et visione absolutam meritorum. Et ultra rationes adductas ex precedenti capite, sicut ni

Ulterius, et specialius id reiicis, quia iuxta principia adversariorum, ultra voluntatem istam per modum intentionis, quae praecedit existentiam absolutam meritorum, concurrit alia voluntas absoluta per modum exequutionis existens post merita praevisa. Quaero ergo cum attenta exigentia gloriae sufficiat haec secunda voluntas exequens enim erit necessaria quantum est ex parte effectus, voluntas intendens. Nisi forte dicas utramque voluntatem ab esse requiri, quod absque ullo fundo dices.

Verum instabis saltem ex perfecto modo operandi Dei requiritur haec absoluta voluntas ante ad merita. Ergo absolute non sufficit conditionata voluntas. Consequentia patet. Antecedens probat, quia dare gloriam per voluntatem conditionatam, est operari minus perfecte quam si daret per voluntatem absolutam.

Respondeo negando antecedens. Ad probationem. Imprimis nego, modum operandi per voluntatem conditionatam esse minus perfectum, quam si fieret per voluntatem absolutam. Quod non fundo illo probabit. Deinde vel potest Deus attento suo modo operandi conferre gloriam per voluntatem conditionatam, quin ulla interveniat absoluta, vel non est potens. Si secundum. Ostendat implicationem. Si primum. Ergo ut Deus perfecte operetur, non requiritur voluntas absoluta, sed conditionata sufficit.

Mitto ergo voluntatem absolutam caeteris paribus esse perfectiorem conditionata, nego tamen, voluntatem conditionatam esse positive imperfectam, esto sit minus perfecta. Porro hoc autem censeri non debet indigna Deo, quia non tenetur Deus ad actus liberos perfectiores, sed habere potest minus perfectos, dum imperfecti non sint, ut communissima sententia defendit.

Dices secundo. Ut efficiat, operationem requirit in Deo voluntas efficax per modum inten

intentionis, neq; conditionata sufficit. Ergo debet, ut gloriam conferat.

Resp. negando ant., nam de facto Deus habet intentionem efficacem erga opera honesta, quae liberè facimus, ut ex praecedenti quaestione capite 8 constat. Et licet eam haberet, id est, evidens quod conditionata sufficeret, ut quidam opinantur.

3. Dices: Deus praedestinatis elligit, et reipsa confert efficacia media respectu gloriae. Ergo necessarium est ut efficaciter intendat gloriam. Antecedens est certum, quia cum Deus elligit ea media bene cognoscit per scientiam conditionatam, quod si dentur, habebunt effectum, quia scilicet consentiens operabitur praedestinatus, et consequetur gloriam. Consequentia probatur, nam agens rationale nequit non efficacem finis intentionem habere, quando media elligit, quae efficacia cognoscit pro consequendo fine.

Tangit hoc argumentum non levem difficultatem in hac materia, quae adduxit authores in varios dicendi modos, quos aliquantulum expendam, ut ei legitime respondeam.

Diluitur hoc Argumentum.

Caput 4.

Pater Vazquez in prima parte disputatione 89, cap. 3 respondet, posse dupliciter finem intendi. Primo itaut intendens praefigat sibi consecutionem illius. Secundo itaut alteri consequendum proponat. Primo modo res contingat non potest eligere medium, quod videt efficax ad consequendum finem, quin efficaciter illud intendat; bene tamen potest, si res eveniat secundo modo. Quo pacto desiderat inefficaciter Pater, ut filius theologus peritus evadat, et adhuc efficacia media confert illi pro consequendo hoc fine. Cum igitur gloria sit finis, quem Deus non sibi, sed creaturis consequendum

Do ponit, optime posse inefficaciter aliquem intendere quamvis efficacia media conferat in eius consecutionem. Et ratio est, quia in illis casibus relinquit alterius libertati consecutionem finis.

Sed multis, et merito non placet haec solutio, nam in ordine ad intendendum efficaciter finem, fundere se pot ille, qui sibi procurat eius consecutionem independenter ab alterius voluntate, ac ille, qui committit alteri liberam eius consecutionem, dummodo possit illi conferri, et in actu secundo conferat media, quae efficaciter, et infallibiliter obtinebit finem: et tamen in utroque casu medium utitur indifferenter, efficaciter, et in actu secundo finem, ergo intendit efficaciter illum. Patet consequentia, quia tota difficultas in eo stat, quod impossibile videatur media eligi, quae finem infallibiliter inferant, et quod finem efficaciter non intendat, quando sit dispositio cui committi finis consecutio.

Iam ergo cum Deus praedestinatis conferat media, quae videt infallibilia pro coelesti gloria non potest non efficaciter illam intendere eadem omnino ratione, qua intenderet, si dumtaxat per se ipsum esset obtinenda: non ergo sufficit hoc discrimen, nam adhuc in utroque casu militat eadem ratio, neque valet exemplum allatum, quod Pater non dat filio media, quae videt infallibilia pro consequenda ~~[illegible]~~ theologia, quin potius illa videt indifferentia, quid ergo mirum, quod indifferenter, et inefficaciter finem amet. At si media daret, quae videret infallibilia tenere efficaciter amare finem, a filio sit consequendum, ea prorsus ratione, qua teneret si per se ipsum esset obtinendum.

Itaque fateor Deum intendere, quod homo libere consequatur finem gloriae, sed cum illi conferat media, quae videt hunc finem infallibiliter adesse consequendum, opus videt, ut illum efficaciter intendat.

Urgeo nam ideo finis eet efficaciter amandus, si per solum deum 62
eet obtinendus, quo media ponerent, elligerent, ut infallibiliter,
sed hoc totum dicat, lt finis per alium sit consequendus, ergo tenet
adhuc Deus illum efficaciter amare. Nullum ergo est hoc dis
crimen, quod Pater darique assignat.

Hac ergo solutione reiecta,
plures alii respondent oppositè, quod finis efficaciter ametur
quando medium elligitur ex natura sua connexum cum fine, non
autem quando est ex natura sua educat, tn non connectitur ex natura sua,
sed ex libera Voluntate Dei acceptantis illud ad finem infal
libiliter obtinendum. Hinc cum auxilia, et opera nostra, quae
ad gloriam ex natura sua educant, ex natura sua non connectunt cum
illa sed ex libera Voluntate Dei statuentis, ut infallibiliter
gloriam tanquam premium obtineant, fit posse Deum
elligere auxilium, quod videt efficax ad gloriam, quin effica-
citer illam intendat.

Adhuc animus non quiescit namque
attendens videt in ordine ad necessitatem intentionis efficacis
quod medium ex natura sua connectat cum fine, sed examina
tamen dispositione, cum n. medium, quod elligitur infallibiliter
connectatur cum fine, quemadmodum, sive inde proveniat, ista conne
xio, videt omnino necessarium, quod finis efficaciter intendat, ut
ex ipsis terminis apparet, et certe ratio non assignatur, cur in isto
casu sit necessaria efficax intentio non in alio.

Facilius igitur
dicta, in qua e precedenti, cap. ll. dupliciter posse Deum ello
gere medium efficax ad finem. Primo determinatus infalli
biliter ex intentione finis, secundo, non infallibiliter determi
natus, sed aliqua ratione motus ex intentione finis. Optime enim
stat aliquid movere, sed non determinare, ut patet in cogni
tione, pro mento bonitatem obiecti creati, quae nostram voluntatem

Movet, et non determinat. Si primo modo determinet Deus, ut quodlibet agens intiale creatum, opus esse, quod intendat efficaciter finem, quod nequit non esse efficax illa intentio, quae determinat infallibiliter ad electionem efficacis medii; si vero non infallibiliter, et ultimo determinet Deus (idest quolibet agente creato) ex intentione, et potius ex se ipso ad elligendum efficax medium, opus non est, quod tunc intentio sit efficax, quod medium efficax in eo casu, non tam ex intentione, quam ex intendente provenit, qui liberum omnino fuit, etiam intentione supposita medium efficax, vel inefficax elligere.

Iam ergo potest optime Deus coniungere suam intentionem inefficacem erga gloriam, et electionem mediorum efficacium ad illam, et consequenter ex electione mediorum efficacium non certo arguit efficax intentio. Patet hoc ex dictis loco citato, ubi ostendi cum electione auxilii efficacis ad operationem esse compossibile, et de facto componere Deum intentionem efficacem operationis; est enim eadem proris disparitas.

An Conferendam gloriam
Sufficiat Volitio efficax
post merita praevisa.
Quaestio 16.

Respondet afirmative
Caput primum.

Loquor de voluntate efficaci post merita praevisa, quae omnem aliam voluntatem erga gloriam excludat, sive sit efficax, sive inefficax. Unde ut praesens difficultas locum habeat relegari debet adeo non solum efficax voluntas, quae praecedat meritorum praevisionem, sed etiam illa condata, quam omnes fere theologi de facto admittunt, dicuntur Deus vult omnes homines salvos fieri.

Rogamus ergo, an Deus potuerit conferre gloriam, ut praemium

Meritorum ex vi solius voluntatis efficacis, quae visum meritis in tenderet gloriam dare?

Et quidem supponimus quod haec voluntas, si detur, nario sit efficax, et absoluta. Ratio est, quia si nunc a nulla conditione pendere, quae suspendere posset eius effectum, quia cum opera nostra libera supponat, nequit cum eorum negatione coniungi, et consequenter, neque cum negatione gloriae, quandoquidem decernit conferre gloriam, ut praemium, et coronam eorum operum, quae iam supponit. Item advertendum est quod haec voluntas, si detur, erit sufficienter praedestinatio. Ratio constat ex dictis in hoc tractatu. Nam praedestinatio non est aliud, quam id, quod continet ex parte Dei, et gloriam a priori, et immediate infert; hoc totum convenit illi voluntati, ergo si detur ea voluntas erit sufficienter praedestinatio. Minor patet, quia talis voluntas est divina quod intra Deum. Rursus infert gloriam, quia voluntas efficax est, et a priori infert, quia licet subsequatur ad merita praecedit ad gloriam, ut illius causa. Denique infert immediate quia nihil inter ipsam, et gloriam mediat. His ergo notatis affirmo Deum sufficienter potuisse conferre gloriam, ut praemium meritorum per voluntatem absolutam ex praevisione meritorum resultante, seclusa quavis voluntate circa gloriam, quae vel conditionata, vel absoluta sit, et antecedat praevisionem meritorum. Probatur primo haec conclusio in hoc divina voluntatis actu nulla est implicatio, sed ille sufficienter gloriam exequitur. Ergo etc.

Probatur secundo. Potest optime Deus visis nostrae voluntatis actu honesto, et supernali decernere per voluntatem efficacem in praemium illius, declarationem illius adaequatum actum, quin ad praevisionem prioris actus praecesserit aliqua voluntas conditionata, vel absoluta circa collationem huius praemii. Ergo similiter poterit Deus in praemium operum, quae videat efficaciter decernere gloriam, licet ad operationem praecesserit voluntas aliqua gloriae. Consequentia patet ex omnimoda paritate. Antecedens vero nulla est implicatio.

Obiectio diluitur.

Caput 2.

Dicer. Merita nostra causari petunt a voluntate gloriæ, sed hoc non eveniet si solum detur unica voluntas gloriæ, quæ subsequatur ad merita. Ergo id repugnat. Minor patet, quia merita non causarentur ab eo, quod subsequitur ipsa merita.

Respondeo negando maiorem, quia licet merita petant ab auxiliis, et a illis gratiis donis causari, non tamen petunt, ut hæc dona conferantur ex intentione dandi gloriam, et quidem mihi non est dubium potuisse dari merita finalia, quin Deus ad gloriam acceptaret illa; ergo potuerunt optime dari merita, quin causarentur a voluntate gloriæ: non ergo merita petunt ex tali voluntate causari.

Dicer: Num voluntas, qua Deus in eo casu eligeret media, et auxilia offerret ad opera meritoria non dimanaret ex intentione dandi gloriam, a quonam alio fine proveniret? Respondeo posse tunc Deum finem habere gloriam extrinsecam, quæ illi accrescit ex eo quod homo bene operetur, vel ipsam hominis operantis utilitatem, aut exercitium divinæ libertatis, et omnipotentiæ, vel denique plura alia, quæ licet nos lateant; Deo tamen facile occurrunt.

Instas, quando tunc Deus conferret auxilia, cognosceret illa esse apta non solum ad hos fines, verum etiam ad obtinendam gloriam, imo conditionate cognosceret, quod erit ex ipsis obtinenda gloria, ut obtinenda est finis aliquis ex productis: ergo licet illa conferre ex intentione alterius finis, ita taliter ex intentione gloriæ.

Respondeo concesso antecedenti, negando consequentiam, quia tunc Deus conferret auxilia formaliter ut media ad fines alios non ad gloriam, cum præsupponeret ad electionem intentionem alterius finis, et non gloriæ; potest enim Deus ex alio fine velle hoc obiectum, unde cognoscit, quod aliud dimanabit, quin pro tunc intendat formaliter hoc aliud, maxime, si dimanatio non sit ex natura rei, licet non est in præsenti casu, sed ex libera voluntate Dei, qui post unius obiecti prævisionem

Decernet aliud, ut patet in exemplo quod attulimus 64
de auxilio, quod in premium procedentis operationis,
tam propositum Deus offerret. Ubi possunt urgeri o
omnes predictae instantiae.

Sed in dictis adhuc. Universa
tio non videt possibile, quod premium conferat per
voluntatem dimanantem ex praevisione et cognitione
meritorum. Ergo neque in divinis. Respondet, negan
do antecedens, quia ut isto medio potest decernere prin
ceps illud remunerare, quin ante meritum habuerit ali
quam voluntatem ergo remunerationem. Imo hinc po
tius confirmo nostram doctrinam, nam omnis modus ope
randi, qui creaturae convenit, et nullam ex se dicit imper
fectionem adstruendus est ut possibilis in Deo, sed ...
llatio premii per voluntatem subsequutam ad meritum
est modus operandi, qui creaturae convenit, et nullam ex
se dicit imperfectionem, ergo talis modus operandi possibi
lis est Deo. Non ergo repugnat, ut visis meritis fi
nalibus decernat a Deo gloria tanquam premium illorum.

Aliqua notantur.

Caput 3.

Primus est notandus ad hanc voluntatem et efficacem non re
quiri scientiam conditionatam, quae cum merita supponat,
periculum non imminet, quod eorum libertatem evertat. Imo facilius,
ni fallor, intelligeretur haec voluntas si non daretur in Deo
scientia conditionata, quod ita probo.

Etenim cum Deus auxilium daret ex fine assequendi
suam extrinsecam gloriam illius, si non cognosceret, quod si daret hoc auxilium, daret ergo hominis gloriam.
Quid ergo mirum, quod hanc gloriam non intenderet, at de facto quando dat auxilium cognoscit, scilicet conditionatam
quod videt hoc auxilium ultra suam extrinsecam gloriam, quam intendit, resulta
bit etiam hominis gloria. Videtur autem difficile Deum cognoscere

Quod eiusmodi gloria resultabit, et quod eam aliqua ratione non intendat. Secundus notandum, dari hec voluntas quo gloria det post merita prequisita, nihilominus ante merita reperiri aliquid in deo, quod infallibiliter infert gloriam, et predestinatum discernit a non predestinato. Probatur quia cum reipsa iungantur cum auxiliis opera honesta, voluntas dandi gloriam, et ipsa gloria verum est dicere quod sic concessis hec auxilia, elicientem opera dabit voluntas glorie, et ipsa gloria. Que conditionata veritas a Deo cognoscitur ante ad existentiam absolutam meritorum. Deinde purificatur ea conditio, quo reipsa conferunt ea auxilia per voluntatem divinam, que precedit etiam ut causa meritorum; sed ex his duabus premissis infertur infallibiliter gloria, et consequenter per illas discriminat predestinatum a non predestinato. ergo etc. Minor hoc nostro sillogismo evidenter concludit: si Deus conferret hec auxilia Petro, bene operaret, et ex eius operatione Deus haberet voluntatem eius conferendi glorie, et reipsa daret illam: sed Deus confert per suam voluntatem hec auxilia Petro ergo etc.

Hinc, dicitur, quod ut predictum coniunctum in nea Sententia non sit predestinatio, quo non infert immediate gloriam, ad huc volenta plurium Theologorum qui docent, omne quod ante ad existentiam meritorum infert ex parte Dei gloriam, et predestinatum a non predestinato discriminat, esse predestinationem, absque in eo negari nequit, quod illud coniunctum sit predestinatio, quo precedit existentiam meritorum, infert gloriam et predestinatum a non predestinato discriminat, ut ibi ostensum est.

An Voluntas Glorie
Potuerit esse efficax, et sine efficax ad Merita.
Articulus 17.
Ex posita difficultate, referuntur Sententiae

Caput 1.

Vidimus potuisse Deum conferre gloriam ut premium meritorum ex voluntate efficaci consequenti ad praevisionem eorundem meritorum. Iam ulterius inquirimus, an eandem gloriam potuerit etiam ut premium meritorum conferre voluntate efficaci, qua Deus decernat omnino antecedenter ad merita, idest independenter a conditionibus absolutis, vel etiam ad conditionata scientia de meritis?

Ut autem hoc melius intelligatur, do posse vel impossibile Deum carere omni scientia conditionata, vel saltem abstrahimus ab ea scientia praescientiae. Poterit ne Deus mea suppositione habere voluntatem efficacem conferendi gloriam ut premium meritorum, antequam merita praevideat in causis, ut absolute vera, etiam ut conditionate existentia? Loquor autem de voluntate determinata, non de disiunctiva, et praecisa, dicetur infra.

In hac difficultate duplex, et celebris reperitur sententia. Prima Thomistarum, quorum plures censeat Deum non habere scientiam conditionatam, vel quod non datur in nostris operibus futuritio conditionata, aut sit obiectum [illegible], vel quod licet detur non habet sufficientem veritatem obiectivam, ut fundare possit cognitionem divinam, maxime si non interveniat decretum actualiter existens. Alii vero, quamvis eam scientiam admittant, censent tamen ad eam se habere ad opus destinationis, et ad efficaciam decreti divini conferendi gloriam. Omnes igitur Thomistae in eo conveniunt quod possibile sit, imo de facto adest in Deo decretum efficax erga gloriam, ut premium conferendam independenter ab omni scientia conditionata, et praecedens absolutam scientiam nostrorum operum, et in huius decreti [illegible] immutere Deum physicam praemotionem, ut bonis operibus homo [illegible] gloriam.

Ad eandem sententiam solet etiam referri Scotus in 1° Sententiarum, distinctione 41, q. unica, paragrapho Potest aliter, quem fere Scotistae omnes sequuntur, et in hac parte Thomistis adhaerent.

Adstruclant; admittunt enim efficax decretum gloriæ præcedens ad merita absolute futura; et independens omnino a scientia conditionata, quod dicit Dominus, quæ in huius intentioni conferunt, ut homo assequatur infallibiliter gloriam, et ea voluntas frustrationi non exponatur.

Secunda sententia defendit ab omnibus nostræ Societatis authoribus, et a pluribus ulterius non censent impossibile, et in terminis implicante hanc thomisticam, et Scotisticam electionem, eo quod ex una parte velit gloriam, ut coronam meritorum, ex alia vero merita derivat, evertendo libertate operum, sine qua meritum non datur. Itaque præfati Doctores conveniunt in repugnantia divini decreti, qui antecedat prævisionem absolutam meritorum, et ex terminis petat scientiam conditionatam de nostris operibus.

Sed dicendum in hac, et sequentibus quæstionibus advertas sermonem hic esse de voluntate conferente gloriam, ea ratione, qua de facto datur, ut coronam meritorum, et non aliter, eo quod nemo coronabitur nisi qui legitime certaverit. Unde fit quod sicut gloria, sic etiam, et merita deducantur infallibiliter ex prædicta voluntate. Patet, quia cum ista voluntas non aliter gloriam decernat, quam ut præmium, et coronam meritorum, bene deducitur hæc illatio: datur ista voluntas, ergo dabitur gloria, ut corona meritorum. Sed non potest dari gloria, ut corona meritorum quin dentur merita, nequit igitur dari prædicta voluntas, quin dentur merita. Sicut ergo deducitur infallibiliter ex voluntate gloria, sic, et merita, quin, et scientia utrumque deducit a priori.

Advertas deinde, quod licet tota difficultas præcipue versetur circa adultos, qui per

per merita gloriam obtinent, adhuc impuerti locum habet, quia licet in istis merita propria videntur, quae vera possunt, adhuc rogare est, an antecedenter ad actionem liberam, qua minister ipsius Baptismus, et medio Baptismo confert gloriam, sine qua gloriam non obtinebunt, possit efficaciter Deus eidem intendere gloriam, quin tollat libertas in actione ministri conferentis Baptismum.

Praedicta Voluntas
Implicat, Caput 2.

Ista sententia cum authoribus nostrae Societatis, ratio mihi certissimae; Nam ea voluntas implicat, quae destruit libertatem operum, quam efficaciter intendit, ea hominibus voluntas destruit libertatem operum, quam efficaciter intendit: ergo implicat. Minor probatur, quia destruit merita, consequenterque destruit, quam gloria dei, ut corona meritorum: at efficaciter intendit gloriam, ut coronam meritorum, ergo destruit, quam efficaciter intendit. Quod autem merita destruat, probo, quia destruit operum libertatem, sine qua merita non dantur. Itaque tota res conficitur, si ostendam, probemque, hanc voluntatem euertere libertatem operum, in quibus a se[?] ... gloriae liberae.

Probatur ergo, quia dum ... voluntatis libertas, a nobis independenter, et antecedenter omnino abetur usu ponitur aliquid inferens infallibiliter actum, sed eo ipso quod detur haec voluntas in Deo, ponitur independenter, et antecedenter omnino ad usum libertatis aliquid inferens infallibiliter opera praedestinati. Ergo eo ipso, quod in Deo adest haec voluntas, tollitur creata voluntas erga opera praedestinati. Consequentia patet. Maior ex definitione libertatis constat, est enim potentia indifferens ad actum, etenim ne

Negationem. Minor est ipsissima Thomistarum doctrina, qui ponunt omnino independenter, et antecedenter ab usu libertatis hoc decretum, ex quo dimanant infallibiliter opera praedestinati.

